CAROLI LINNÆI
Doctoris Medicinæ

BIBLIOTHECA BOTANICA

recenſens
Libros plus mille
de plantis huc usque editos,
ſecundum
Syſtema Auctorum Naturale
in
CLASSES, ORDINES, GENERA & SPECIES
diſpoſitos,
additis
Editionis Loco, Tempore, Forma, Lingua &c.
cum explicatione
Fundamentorum Botanicorum pars 1ma.

AMSTELODAMI,
Apud SALOMONEM SCHOUTEN
1736.

CELEBERRIMO ET EXPERTISSIMO
VIRO

D. D. JOHAN. BURMANNO

IN

HORTO INSTRUCTISSIMO
AMSTELODAMENSI

BOTANICES PROFESSORI

DIGNISSIMO

NOSOCOMII ET ORPHANOTROPHII

PUBLICI

MEDICO PRACTICO

FELICISSIMO

IN PERENNEM MEMORIAM SINGULARIS AMICITIÆ ET FAMILIARITATIS, QUA ME EO TEMPORE, QUO BIBLIOTHECAM HANCCE CONSCRIPSI AMPLEXUS ES,

EANDEM

T I B I

D. D

CAROLUS LINNÆUS.

PRÆ-

PRÆFATIO.

Bibliothecam, primam Botanices partem, heic breviter & compendiose Illustri Lectori exhibeo, reliquas partes, secundum principia theoriæ nostræ, in *Fundamentis Botanicis* datæ, volente Summo, prima occasione communicabimus.

Primarius noster scopus hic est ad redigendos Auctores in ordinem, seu Libros Botanicos in methodum naturalem, ut Tyrones sciant quos libros eligere debeant, Auctoresque noscant, qui in hac vel illa scientiæ nostræ parte scripserint.

Judicium de libris singulis dare nimia esset protervia; quis non amat & defendit propriam sobolem? quis omni caret errore? quis, nomine dignus, suo tempore non aliquid utile præstitit? mira tamen est inter Auctores discrepantia, toto cœlo a se invicem distans, quos usus sanæ rationis optime novit distinguere, pauci etiam in omni scientia fuerunt, qui excelluerunt. Ignoscen-

dum ſemper eſt veteribus & demortuorum manes nunquam moleſtandi, nec ea a Priſcis expoſcendum, quæ hodierni ſcire debent, futura enim ætas errores etiam in noſtri ſeculi doctiſſimis operibus videbit; non omnia novimus omnes.

Omne in toto terrarum orbe habet ſuam epocham, in qua accreſcat, perſiſtat, & deſtruatur, ſed Speciatim præ reliquis ſuam ſubeunt metamorphoſin plantæ, quæ e parvo ſemine lente & inſenſibiliter excreſcunt, ſero ſpecioſos ſuos flores, omnium oculis delectabiles, explicant, &, peracta floreſcentia, fructus tandem deſideratiſſimos proferunt; quædam primo anno florent & pereunt, aliæ ſecundo, tertio &c. aliæ perennes ſunt, aliæ per intergrum ſeculum vix flores protrudere poſſunt, ut Palmæ & Aloës quædam ſpecies.

Inter omnes tamen plantas nulla eſt mirabilior, nulla ſerius creſcit quam rariſſima illa, quæ Βοτανικὴ proprie dicitur, cujus longam deſcriptionem, pauciſſimis verbis, heic adumbrare animus eſt.

α In *Græcia*, mox ab Alexandri magni tempore, terræ committebatur ſemen hujus plantæ, quod cito propullulabat, ſed ſola tantum FOLIA SEMINALIA oſtendebat per tria integra ſecula.

β Debellato *Mitridate* per *Pompejum* planta hæc inter ſpolia tranſportabatur *Romam*, ubi felicius germinabat, & FOLIA RADICALIA quam plurima, viridiſſima ac vivaciſſima emittebat, ut caulem quotidie exſpectare poſſet, ſed cum hic ultra ſeculum feliciſſime creviſſet, vili æſtimari cœpit, nec ullus ejus curam in ſe facile ſuſcepit. Hinc planta hæc divendebatur & tranſportabatur in *Aſiam*, inde tandem in *Arabiam* provenit, ubi ad XIImum. æræ noſtræ ſeculum vixit quidem, ſed folia iſta Romæ enata decidebant & planta quotidie marceſcebat, ut plane actum fuisſet, ni eam juſto tempore iterum recipisſent Romani; in Europam relata per tria fere ſecula vix unicum folium exſerebat, ſed quotidie minabatur interitum, & ſane conclamatum eſſet, niſi illo ipſo tempore diligentiores admovere manus auxiliatrices cœpiſſent, admovebant tandem & qui-

 dem

dem ſucceſſu feliciſſimo; folia enim radicalia regerminabant, ſed caulis vel fructificationis ſignum nullum, adhuc per integrum ſeculum, apparebat.

Tandem, circa finem ſeculi XVIti., unicum citiſſime e radice, tenui ſcapo & ſine caule, exſeruit FLOSCULUM, qui ut Flos ephemeri floruit; dicam repente exortus eſt, repente floruit, repente occidit, ut vix ullus florem obſervare potuit, quem tamen diutiſſime, modo videre, deſiderarunt; Fructus ſubſequutus eſt nullus.

Ingreſſo ſeculo VII. tandem CAULEM tamdiu exſpectatum protulit, qui breviſſimo tempore in maximam excreſcebat altitudinem, deinde per dimidium ſeculum perſtitit ſine ullo florum ſigno, folia tantummodo ſparſa & valde rara interdum emittens.

Cum autem tempus illud, a Diis diutiſſime promiſſum, tandem eluceſceret, ecce! in primo vere Aureæ hujus ætatis & antequam nix bene ſoluta erat, FLOREM unicum, tamdiu deſideratiſſimum! antecedenti ſimillimum, explicabat caulis, cujus tamen fructus vix ad maturitatem pervenit.

Ad

Ad exortum hujus floris craſſus & confertus VERTICILLUS excreſcebat, compoſitus e BRACTEIS numeroſiſſimis, variis coloribus fulgentibus, quæ in quatuor dividebantur partes vel faſciculos, e quibus ſingulis FLOS unicus ſpecioſiſſimus enaſcebatur. O gratiſſimi tamdiu deſiderati flores! o mira ſtructura florum, Mirabili magis mirabiles & diverſi, tam quod ad colorem quam figuram attinet; nullus flos erat ejusdem cum altero ſtructuræ, oppoſiti tamen magis conveniebant, quam proximi. Hoc modo continuabatur verticilli hujus floreſcentia, per integros viginti iſtos annos, quibus peractis totus Verticillus, Bracteæ iſtæ ſplendidiſſimæ & flores iſti quatuor jucundiſſimi, cito emarcuere & fructus profere inceperint.

Abſoluto hocce tempore, per totos alios quindecim annos, planta noſtra, vix unicum vel alterum exſeruit florem, antequam ALTER VERTICILLUS circa annum 1719. explicabat formoſiſſimos ſuos flores. Verticillus hic, licet paucioribus conſtruebatur bracteis, pluribus & confertioribus tamen gaudebat floſ-

culis, qui cum per tres modo annos floruisset, desinebat, fructumque serebat suavissimum.

Ulterius, octo abhinc annis TERTIUS plantæ nostræ VERTICILLUS florere incipiebat, qui hactenus *tres* speciosissimos explicuit *flores*, plures *in promptu* sunt, qui undique circa caulem e calycibus suis erumpere incipiunt. Futura revelabit dies. . . . . Talia fuere fata plantæ nostræ pretiosissimæ!

Una cum Plantâ descripta SCIENTIA NOSTRA fata fere habuit eadem, illa a veteribus sata, apud Patres enata â Barbarie supprimebatur, ut plane non emergere potuerit, antequam auxiliatrices manus attulere *Commentatores* & adhuc feliciores *Descriptores*.

Mirum sane erat, quod nullus Theoriam *Cæsalpini* observare potuit, licet clare & fideliter scripserit; sic die sereno cœcutimus, præjudiciis nebulæ instar obvelati!

Bauhinus Casparus c. Fratre caulem plantæ nostræ constituit, si non constituisset, adhuc sane flores nullos protulisset.

Per ÆTATEM AUREAM Botanices intelligo Viginti istos annos, ab anno

1723.

1683-1703, quo Botanici uno tempore numerosissimi, doctissimi, laboriosissimi, excellentissimique, omnibus viribus, ac una veluti voluntate promoverunt Botanicem & læte in Europa floruerunt. In ANGLIA nempe, *Sloane*, *Sherardus*, *Plukenetius*, *Petiver*; In GALLIA *Chomel*, *Plumier*, *Magnol.* In BELGIO *Breynius*, *Commelinus* uterque, *Muntingius*, *Kiggelarius*, *Rheede*, *Rumpfius*, in GERMANIA *Ammannus*, *Wolkamerus*, *Gottsched.*

Sub aurei hujus temporis initio MORISONUS theoriam scientiæ veram, a *Cæsalpino* per integrum seculum demortuam restaurabat, quem deinde singuli, in singula parte quadrifidi præcedentis verticilli, sequuti sunt & ad majus fastigium deduxerunt, ut in *Anglia* RAJUS, in *Belgio* HERMANNUS, in *Gallia* TOURNEFORTIUS, in *Germania* RIVINUS.

Considera modo quot NOVÆ PLANTÆ per *Sloanum*, *Sherardum*, *Plukenetium*, *Plumierum*, *Petiverum*, *Morisonum*, *Tournefortium*, *Breynium*, *Hermannum*, *Commelinum*, *Rheede*, *Rumpfium*, *Kiggelarium*, *Rajum* &c. fuere detectæ modo per

per 20. hos annos! ſane *duplo plures quam a condito orbe ad hæc usque tempora*!

Præterlapſo autem anno 1703, Botanica veluti delaſſata, per qvindecim integros annos requievit. Quibus peractis, in tribus annis decies magis præſtitit, quam per antecedentes illos totos quindecim annos. En novam ſchenam! En viros novos τῶ πάνυ Botanicos! in *Germania* DILLENIUM & RUPPIUM; in *Belgio* BOERHAAVIUM; in *Helvetia* SCHEUCHZERUM. in *Gallia* VAILLANTIUM, MAGNOLIUM, in *Italia* MONTIUM & PONTEDERAM. At Qvanti viri! quæ nomina!

Ulterius ab anno 1721.-1729. Botanici iterum ſub umbra recumbarunt, donec tandem Celebratiſſimi MICHELIUS, BUXBAUMIUS & DILLENIUS obſervationes novas iterum orbi erudito ſiſtere, & telam inceptam continuare ceperunt....

Botanicos hos, veteres & recentiores, quum eorum ſcripta in Bibliotheca hacce, quam Illuſtri Lectori exhibeo, enumeravi. Libros iſtos, exceptis illis quos noſmet ipſi poſſidemus, maximam partem vidimus in Bibliothecis tam privatis, quam publicis variis.

Inter Bibliothecas Botanicas privatas, easque inſtructiſſimas, quas Nobis hucusque

que libere adire contigit, feqventes fuere, uti: *Upfaliæ* in Svecia Nobiliffimi D.D. OLAVI RUDBEKII Filii Profefforis Botanices longe Celebratiffimi. & Reverendiffimi S S. Th. D. & Prof. OLAI CELSII, Botanici Doctiffimi; *Hamburgi* Nobiliffimi J. U. L. Dom. J. H. v. SPREKELSENS Botanici Doctiffimi. *Lugduni* Batavorum D D. Jo. FR. GRONOVII Botanici egregii. *Amftelodami* Excellent. Viri GEORGI CLIFFORTII, Botanici Docti, Botanices & Botanicorum Mæcenatis fingularis; & D.D. JOH. BURMANNI Botanices Prof. Amftelodamenf. Celeberrimi, e cujus mufeo Bibliothecam noftram confcriptam edimus.

Amftel. 1735.
Aug. 8.

Clavis Classium in Systemate Phythologorum.

PHYTOLOGI sunt vel

- Botanici.
  - Collectores.
    - I. PATRES. 4
    - II. COMMENTATORES. 12.
    - III. ICHNIOGRAPHI. 18.
    - IV. DESCRIPTORES. 24.
    - V. MONOGRAPHI. 34.
    - VI. CURIOSI. 55.
    - VII. ADONISTÆ. 64.
    - VIII. FLORISTÆ. 84.
    - IX. PEREGRINATORES. 100
  - Methodici.
    - X. PHILOSOPHI: 119.
    - XI. SYSTEMATICI. 124.
    - XII. NOMENCLATORES. 133
- Botanophili.
  - XIII. ANATOMICI. 137.
  - XIV. HORTULANI. 139.
  - XV. MEDICI. 142.
  - XVI. ANOMALI. 146.

Series Classium & Ordinum.

11 Po-

BIBLIOTHECA BOTANICA.

Bibliotheca Botanica continet Auctorum de Vegetabilibus ſcripta.

QUatenus Bibliotheca in omni Scientia primum à Studioſo evolvi debeat, ita etiam eſt Botanico maxime neceſſaria, quum multiplex uſus inde deducitur. e. gr:

α. Fata & Progreſſum Botanices inde videre poteſt.

β. Quæ inventa ſunt inde ediſcere queat, adeoque ipſi non neceſſe eſt ea elaborare, quæ antea præſtita ſunt.

γ. Quæ deſiderantur inde obſervat, adeoque quæ addere debet, ipſe videt.

δ. Libros genuinos a ſpuriis, utiles a noxiis, pretioſos a vilibus, neceſſarios a ſuperfluis diſtinguere queat.

ε. Omnes qui in parte aliqua Botanices Scripſere videt, ut quæ ſibi magis utilia ſint eligat. & ſexcenta alia.

Methodo diverſa uſi fuere Hiſtorici Literarii in recenſendis Botanicis, eorumque ſcriptis; alii ſcilicet methodum deſumſere à *Loco impreſſionis* Libri, quæ Bibliopolis ſolum neceſſaria; alii à *Forma operis*, Bibliothecariis uſitata; alii a *Tempore* Auctoris, Editionis vel impreſſionis, quæ nihil ſingulare; & alii à *Lingua* vel *Natione*, quæ nihil certi continet.

Quæ cum minus Nobis placuere, propriam ſecuti

cuti fuimus methodum, dividentes nempe omnes Botanicos in 3 partes generales.

1. COLLECTORES continet, qui tantum modo de numero Specierum plantarum solliciti fuere.
2. SYSTEMATICOS, qui plantas in ordinem redigere tentarunt.
3. BOTANOPHILOS qui non de nominibus, sed de attributis plantarum variis, egerunt.

Ante nos varii fuere Auctores, qui Botanicorum scripta enumerarunt. ut:

BUMALDUS Jo: Anton.
Bibliotheca Botanica.
—— Bonon. 1675. 240.
Liber est rarissimus, nec hucusque Nobis obvius.

ROHR Jul. Bernh.
Bibliotheca Physica curiosa.
—— Lips. 1724. 8o. plagulæ 27. german:

HERMANNUS Georg. Sam.
Bibliotheca Riviniana.
—— Lips. 1727. 8o.

GESNERUS Conradus.
Bibliotheca Universalis.
—— Tigur. 1545. folio.
De Rei Herbariæ Scriptoribus.
—— conjunctim c. Val: *Cordi* Histor. plant.
—— conjunctim c. Hier. *Tragi* Hist. plantar.

TOURNEFORTIUS Joseph. Pitton.
Isagoge in Rem Herbariam.
—— Institutionibus ejus præfixa est.
Tradit Historiam Literar: secundum ætates.

HOTTO Petrus. Amstelodamensis.
Sermo Academicus, in quo Botanices fata enum.
—— Lugdb. 1695. 4o. plag. 9.
Classes ab ætatibus, Ordines a Nationibus petit.

SCHEUCH-

SCHEUCHZERUS Joh. Jacob.
Bibliotheca Scriptorum Hiſtoriæ Naturalis.
—— Tigur 1716. 8°. pag. 241.
Methodum diviſionis a Nationibus petit.

ERUDITORUM.
Acta Lipſienſia.
—— Lipſ. 4°. quotannis latine prodeunt.

FLORISTÆ Plurimi.
In Floris ſuis ſemper antepoſuere Libros a ſe allegatos.

I. PATRES.

Patres voco eos Auctores, qui de Plantis omnium primo scripserunt vel continuarunt usque ad seculum decimum quintum.

Seculo enim XIV. post Barbariem, quæ per tot secula toto orbe regnabat, iterum repullulare cœpit Botanica, ut & reliquæ scientiæ; illa vero sensim enata, statura & fastigio, quo jam gaudet, superbit, ante dimidium vero seculum imprimis florere incepit.

Patres hi in scribendo singularem methodum adhibuerunt, & a nostris temporis scriptoribus diversissimam, maximeque allaborarunt in indagandum usum, antequam ipsas plantas dignoscerent.

Botanicis nostri seculi minus necessarii sunt hi Patres, quam olim creditum, præcipue cum quidquid scripserunt ad maximam partem a nuda Experientia desumtum fuit, sed quam difficile sit in omni morbo, tot causis, tot gradibus, tot constitutionibus diverso, aliquid absolute secundum nudam Empiriam statuere, norunt fere omnes.

Distinguo Patres hos in IV. ordines & ætates: 1. *Græcos*. 2. *Romanos*. 3. *Asiaticos*. 4. *Barbaros* continet.

§. I. GRÆCI.

Græci vocantur Patres Botanicii, qui Natione Græci fuerunt vel sub monarchia græca scripserunt.

Flo-

Floruerunt ante Natum Christum omnes & omnium prima Fundamenta Botanices jecerunt.

ARISTOTELES Stagirit:

Vixit tempore Alexandri Magni, cujus etiam Præceptor fuit.

Quæ de Plantis scripta sub ejus nomine exhibentur, quibusdam suppositititia habentur, nec magni momenti sunt; hinc ejus scripta allegare supersedimus.

Libri V. de generatione Plantarum & Animalium cum Theophrasti operibus simul impressa, *Gaza* interprete, communiter occurrunt.

THEOPHRASTUS Eresius.

Natus est Eresi in Insula Lesbo.

Discipulus fuit Aristotelis & Platonis.

Parens Botanices vulgo appellatur.

Floruit 350. annos ante Natum Christum.

Plantas 500. circiter exhibet. Scripsit:

Libros X. de Historia plantar: quorum 1. periit.

Libros VIII. de Causis plantar: quorum 2 periere.

—— Venet. 1504. fol. lat. *Gaza* Theod: interp.

—— Venet. 1513. fol. lat.

—— Paris 1529. 8o. pag. 354. lat. à *Gaza*.

—— Basil. 1550. 4o lat.

—— Lugdb. 1552. 8o. lat. per *Gazam*.

MANUTIUS Albus ea optime Græce folio edidit.

HEINSIUS Dan. ea græco-latina emaculatiora ded.

—— Lugdb. 1613. fol. p. 508.

HIPPOCRATES Heraclii filius.

Parens Medicinæ vulgo dictus.

Floruit 230. annos ante Natum Christum.

Plantarum scientiam ex professo non tractavit, hinc editiones ejus enumerare supersedeo.

Plantas 230. circiter in operibus nominavit.

CRATEVAS Coætaneus Hippocratis.
Rhitzotomus ab Hippocrate dictus.
Scripta ejus periere.

§. II. ROMANI.

ROmani Patres ſcribere inceperunt ſeculo 10. vel paulo ante, ad Romanos enim ſtudia a Græcis, debellato Mithridate per Pompejum, translata fuerunt.
Lingua latinâ vel græcâ ſcripſerunt.
Maxima horum pars agriculturam tractarunt.

CATO Marcus. Porcus dictus.
Liber de Agricultura ſeu Re Ruſtica.
— Baſel. 1527. 8o.
— Venet. 1533. 8o.
— Lugdb. 1598. 8o.

VARRO M. Terent. vixit 25. annos ante Chriſtum.
Liber de Re ruſtica.
— Baſil. 1521. 8o.
— Paris. 1573. 8o. notis *Scaligeri*. pauciſſima de Plantis habet.

MUSA Anton. Medicus Imperatoris *Auguſti*.
Examen omnium ſimplicium.
— Venet. 1538. 8o.

EUPHORBUS Frater Muſæ. Medicus Regis *Jubæ*. a quo nihil niſi nomen in Botanicis ſupereſt.

MACER Æmilius.
Ligate de viribus plantarum teſte *Ovidio* ſcripſit.
Hexametri nonnulli inepti, ab Ægidio conſcripti, ſub ejus nomine proponuntur.
Liber de viribus herbarum.
— Antiquiſſimus 4o cum figuris.
In Bibliotheca Rivini conſervatus, an verus fuit vel non? vide Poetas.

BAS-

BASSUS.
Geoponica ſeu Libri de Re ruſtica.
—— Cantabr. 1704. 8o.
APULEJUS Lucius. Philoſophus Platonicus.
Herbarium ad Marcum Agrippam.
—— Rom. ch. majori c. figuris. in Bibl. Rivini.
Hiſtoria de Herbarum virtutibus.
—— Baſil. 1528. folio.
DIOSCORIDES Pedacius.
Vixit ſub Veſpaſiano vel Antonio cum Cleopatra.
Ortus fuit ex Anabarza civitate Sciliæ.
Scripſit de plantis 600, circiter græce.
Princeps Botanicorum dictus fuit.
Libri de materia medica.
—— Multoties editi. vide *Commentatores* II. 2.
RUELLIUS in linguam latinam primus tranſtulit.
SARACENUS vero optime interpretaſſe Dioſcoridem putatus.
COLUMELLA Lucius Junius Moderatus.
Vixit tempore Neronis Imperatoris.
Opera de Re Ruſtica.
—— Bonon. 1494. fol. lat.
—— Argent. 1538. fol. germ.
PLINIUS Secundus Cajus. Veronenſis.
Vixit tempore Titi Veſpaſiani cui dedicavit,
Plantas plus quam mille recenſet.
Hiſtoria mundi Libro 12, ad 27 Botanica tradit.
—— Multoties edita eſt vide *Commentatores* II. 3.
ÆMILIANUS Paladius Rutilus Taurus.
Vixit Antonii Pii tempore.
Opera agricolationum.
—— Bonon. 1494. fol. lat. cum Columella.
—— Argent. 1538. fol. lat. cum Columella.

§. III. ASIATICI.

ASiatici Patres ſcripſere a ſeculo ſecundo ad Sextum.

Anteſignanus horum fuit Galenus,
Cujus mancipia veluti fuere reliqui.

GALENUS Claudius.
Ortus Pergamæ, civitate Aſiæ.
Scripſit plura in medicis, Botanicis mixta.
Libri de ſimplicium medicamentorum qualitatib.
—— Variis editi temporibus.

ORIBASIUS. Quæſtor Conſtantinopoli.
Scripſit Libros 70. quorum 17. ſuperſtites ſunt.
Libri 17. Collectorum medicinalium.
—— Paris 1558. 8. *Razio* Bapt. interprete.

AETIUS Amidenus. Amida meſopotamiæ ortus.
Opera.
—— Paris 1567. folio.

TRALLIANUS Alexander. Natus in Lydia.
Libri XII. medici.
—— Græco-latine. *Guintero* interprete.

ÆGINETA Paulus.
Opus Divinum.
—— Baſil. 1532. folio; *Torino* interprete.
Biblia Hepta.
—— Baſil. 1538. folio, *Gemuſæo* recogn.
Pharmaca Simplicia.
—— Paris. 1532. 8°. *Brunfelſio* interpr.

§. IV.

§. IV. ARABES.

ARabes Patres a ſeculo octavo ad duodecimum ſcripſere, maximeque de viribus indagandis occupati fuere.

SERAPIO. Johann: fil.
Commentaria de temperamentis Simplicium medicam.
—— Argent. 1531. folio.
—— Venet. 1550. folio.
Ab *Alpago* & *Coſtæo* ſæpius edita ſunt.

RAZIS ſeu Razy ſeu Arrazy. Perſianus.
Al Hhaoũy i. e. continens.
Aljama i. e. Collectio.

AVICENNA vel Abenſina. Perſianus.
Opera.
Venet. 1608. fol. tomi 2 pag. 982. & 437.

MESUE Johannes. Filius Abdelæ Regis Damaſci.
Libri III. de Re medica.
—— Paris. 1544. fol. p 350. per *Sylvium*.
—— Lugdb. 1548. 8°. *Sylvio* jac: interpr:
—— Paris 1561. 8°. p. 400. per *Sylvium*.

AVERRHOES. Floruit Anno 1149.
Colliget ſeu Liber de Medicina.
—— Venet. 1497. folio. *Surianus*. emendav.
—— Venet. 1531. folio.

§. V. BARBARI.

Barbaros Patres voco Auctores Botanicos, qui ſcripſere a ſeculo duodecimo ad decimum quintum; illo namque tempore, quo totus orbis obnubilatus erat ob neglectum ſtudiorum, usque dum vita Botanices iterum refocillari cœpit

pit in principio ſeculi decimi quinti.

MYREPSUS.

Antidotarium parvum.

—— Lugdb. 1531. 8o. cum *Meſue.*

—— Venet. 1561. folio cum *Meſue.*

—— Paris. 1567. folio c. *Patribus* reliquis.

HILDEGARDIS. Abbatiſſa.

Phyſica... Leguminum, Fruct: Herbar &c.

—— Argent. 1533. folio.

—— Argent. 1544. folio.

SYLVATICUS Matthæus. Mantuanus.

Opus pandectarum Medicinæ.

—— 1511. folio.

—— Venet. 1524. folio.

—— Taur. 1526. folio.

CUBA Joannes.

Hortus ſanitatis. (quid ineptius?)

—— Aug. Vind. 1486. folio. germ.

—— Mogunt. 1491. fol. lat.

—— Lybecæ 1492. fol germ.

—— Venet. 1511. fol. lat.

—— Lybec. 1520. fol. germ.

—— Argent. 1521. fol. germ.

—— Argent. 1529. fol. germ.

—— Francf. 1537. folio. per *Roeſlinum.*

—— Francf. 1555. 4o. germ.

QUIRICUS de Auguſtis de Tertona.

Lumen Apothecariorum. (quid obſcurius?)

—— Aug. Vind. 1486. fol. germ.

—— Venet. 1541. folio.

DE Boſco Joannes. Alexandrinus.

Luminare majus. (quid minus?)

—— Venet. 1517. fol.

—— Venet. 1561. fol.

SUAR-

SUARDUS Paulus. Mediolanensis.
Antidotarium. (quid absurdius?)
—— Venet. 1551. folio.

CRESCENTIUS seu de Crescentiis Petrus. Senator (Bonon.
Liber de Agricultura.
— Basel. 1538. 4°.
— Basel. 1548. folio.
— Craco. 1571. folio. figuris

Ulterius numerum librorum, a Patribus Botanices conscriptorum, continuare superfluum duco, præcipue cum rarius nobis obveniunt, nec magni usus sint futuro Botanico.

II. COMMENTATORES.

Commentatores ſunt Botanici Collectores, qui Patrum ſcripta dilucidarunt.

Primis a Barbarie temporibus, Botanicorum tantum non omnium labores in explicandis Patrum ſcriptis conſtitere, quaſi tota Botanica in eis ſepulta fuiſſet.

Hinc alii tranſtulerunt in varias linguas, alii notulas quasdam adjecere, alii in epitomen contraxere, alii deſcriptionibus auxere, & alii figuris ornavere Patrum ejuſmodi ſcripta.

Quum inde minorem, quam putaverant, reportarunt fructum, noſtro tandem ſeculo, exolevit fere modus ille commentandi.

Cumque maxima pars Patrum, plantas quas tradiderunt, recenſuerunt tantum, vel imperfecte admodum deſcripſerunt, facilius eſſet nodum gordium ſolvere, quam aliquid certi in plurimis plantis determinare, ſi ratio haberetur ſpeciei.

§. I. THEOPHRASTI.

Theophraſti Commentatores illuſtrarunt ſcripta ejus de Hiſtoria & Cauſa plantarum.

BODÆUS a Stapel Joannes.

Hiſtoria Theophraſti de Plantis, Græco-Latin. —— Amſtel. 1644. fol. cum iconibus rarior.

SCALIGER Julius Cæſar.

Animadverſiones in Theophr. de cauſis plant. —— Genev. 1566 fol pag. 396.

Animadverſiones in Theophr. de Hiſt. plant.

§. 2.

§. 2. DIOSCORIDIS.

Dioſcoridis Commentatores voco illos, qui Libros ejus de Materia Medica vel tranſtulerunt vel explicarunt.

Horum maximus exiſtit numerus, cum in tradendis plantarum viribus palmam reliquis Patribus eripuit Diſcorides; Hinc ſeculis poſterioribus, omnia quæ ad uſum plantarum medicum ſpectarent, ab eo addiſcere tentarunt Medici.

HERMOLAUS Barbarus. Venetus.
Libri V. Corollariorum in Dioſcoridem.
—— Colon. 1530. fol. Lat.

RUELLIUS Johannes. Gallia-Sveſſon.
Libri VI. Dioſcoridis.
—— Paris. 1516. folio.
—— Baſil. 1542. 8o.
—— Francf. 1549. folio.
—— Lugdb. 1552. 8o. cum fig.
—— Lugdb. 2554. 12.

VERGILIUS Marcellus. Florentinus.
Interpretatio Dioſcor. cum commentariis.
—— Florent. 1518. folio.
—— Florent. 1523. folio.
—— Colon. 1529. folio.
—— Baſil. 1532. 8o. p. 684.

CORDUS Valerius. Heſſenſis.
Annotationes in Diſcoridem.
—— Francf. 1549. folio.
—— Argent. 1561. folio.

AMATUS Luſitanus.
Enarrationes in Libros V. Dioſcoridis.
—— Argent. 1554. 4o. p. 536.
—— Venet. 1557. 4o.
—— Lugdb. 1558. 8o. p. 807. Lat. figur. Parv.

LACU-

LACUNA Andreas.
Commentaria in Dioſcoridem.
——— Salmant. 1552. fol. hiſpanice. figuris.
LONICERUS Johannes.
Libri Dioſcoridis interprete *Ruellio* picturis ultra 1000. Scoliis & adnotatis adjectis.
——— Francf. 1543. fol. nom, Græc. Lat. Hæbr. Germ.
BELLONIUS Petrus.
Commentaria in Dioſcoridem.
CORNARIUS Janus, alias Hagenbyt.
Dioſcorides Latine verſus cum emblematibus.
——— Baſil 1557. fol.
GOUPYLIUS Jacobus.
Caſtigationes In Libros Dioſcoridis.
——— Paris 1549. 8o. Græce & Latine.
MATTHIOLUS Petrus. Italia-Senenſis.
Commentaria in VI. Libros Diſcoridis.
——— Venet. 1554. fol. lat. pag. 705.
——— Venet. 1560. fol. lat. pag. 776.
——— Venet. 1570. fol. lat. p. 956.
——— Venet. 1583. fol. lat. p. 772.
——— Fran. 1598. fol. lat. p. 1027. } *C. Bauhini*
——— Baſel. 1674. fol. lat. } *fig.* 1798.
——— Venet. 1565. fol. Italice. fig. Paris.
——— Venet. 1565. fol. Italice. fig. magris.
——— Venet. 1604. fol. Italice. p. 1527. fig. mag.
——— Francf. 1590. fol: germ. *Camerarii.*
——— Francf. 1611. fol. germ. *Camerarii.*
PASINUS Anton.
Emendationes in Verſionem Dioſ. à *Matthiolo.*
----- Bergam. 1591. 4o. Italice.
SARRACENUS Janus Antonius. Lugdunæus.
Opera Dioſcorides ex nova interpretatione.
——— Francf. 1598. 4o. p. 479. Græca latine.

PADU-

PADUNENSIS Petrus.
Liber virtutum ſimplicium medicamentorum.
——— Lugd. Bat. 1512. 12.

TEXTOR Benedictus.
Differentiæ ſtirpium ex Dioſc. ſecund. locos communes.
——— Venet. 1537. 12.
——— Argent. 1552. 40. adnexus Trago.

ANONYMUS. apud Schottum editus.
Certiſſima Adry totius Dioſc. Hiſtor. Plantar.
——— Argent. 1542. fol. germ. figur.

CORNELIUS Petrus. Leidenſis.
Annotationes in IV. Libros Dioſcoridis.
——— Antw. 1553. 80.

CASTELLUS Jo. Rodericus.
Index S. Exegemata in Dioſc. hiſtoriales campos.
——— Antw. 1536. folio.

CONTANT. Iacobus ex Paulus. Fratres Pharmacopæi.
Notæ in Dioſcoridem.
——— Pictav. 1561. folio.

DANTZIUS von Aſt. Johannes.
Tabulæ ſimplicium Medicam. apud Dioſcorid.
——— Baſil. 1543. folio.

BIRGERN Johannes.
Opera Dioſcoridis.
——— Francf. 1610. fol. germ. figuris.

KEMPFERN Eraſmus.
Opera Dioſcoridis.
——— Francf. 1614. fol. figuris.

§. III.

§. III. PLINIANI.

PLinii Commentatores ejus Hiftoriam mundi in varias linguas Tranflatam, vel notis illuftratam, exhibuerunt.

HERMOLAUS Barbarus.
Caftigationes in Plinium.
—— Rom. 1492. folio.
—— Venet. 1497. folio.

DALECHAMPIUS Jacobus.
Plinii Hiftoria Mundi cum annotationibus.
—— Aurel. All. 1604. fol. p. 292.
—— Franct. 1608. 8o.

GELENIUS Sigismundus.
Plinii Hiftoriam mundi cum caftigationibus.
—— Colon. 1631. folio.

PINETUS Antonius.
Plinii Hiftoria Mundi.
—— Lion. 1584. fol. tom. 2. Gallice.

SALMASIUS Claudius.
Exercitationes Plinianæ.
—— Ultraj. 1689. folio.

VARIORUM Barbari, Pintiani, Rhenani, Gillenii, Dalekampii, Scaligeri, Salmafii, Voffii, Gronovii.
Commentaria & adnotationes in Plinium.
—— Lugd. Bat. 8o. tom. 3.

§. 4. AVICENNÆ.

AVicennæ Commentatores opera ejus magis repurgata nobis reliquere.

Multi ejufmodi Commentatores funt, quorum fcripta præterimus. E. gr.

AL-

ALPAGUS Andreas.
RINIUS Benedictus. Venetus.
COSTÆUS Johannes.
MONGIUS Paulus.
BULLUNENSIS Andreas.
PLEMPIUS Vopiſcus Fortunatus.
Canones Medicinæ, libro 2do. folio.

§. 5. MESUES.

Meſues Commentatores nonnulli ſunt, ut.
COSTÆUS Johannes.
Annotationes in Meſuem.
—— Venet. 1570. folio.
MONARDES Johannes.
Epiſtolæ Medicinalium c Annotat. in Meſuem.
—— Lugdb. 1556. folio.

Ex hiſce Commentatoribus non pauci fuere, qui Auctoris ſui ſcripta, propriis Deſcriptionibus & ſatis nitidis Iconibus, ornarunt; Qui libri noſtro tempore magis in uſum adhibentur ob figuras & Deſcriptiones, quam ut ipſos Patres intelligamus.

III. ICHNIOGRAPHI.

Ichniographi ſunt, qui picturis ipſas plantas veluti in ſpeculo repræſentare ſatagerunt.

Cum Commentatores in inveſtigandis ſpeciebus ſe toties falli videbant, ſatius duxerunt plantas prius Depingendi & Deſcribendi, deinde nominandi, ne nomina notarum cum aliis confunderentur.

Figuræ ſunt vel Ligno vel Æri inciſæ, quarum hæ communiter nitidiores & accuratiores, illæ vero plerumque rudiores ſunt, ſi paucas excipiamus.

Veterum pauci ſunt qui Icones accuratas exhibent, noſtro autem ſeculo hæc, uti reliquæ artes, florere cœpit.

Dolendum tamen eſt. quod tanti errores ſæpe committantur a Sculptoribus, ut in minutiſſimis partibus, raro eis fidere poſſimus.

Pauciſſimi etiam Botanici fuere, qui ipſi ſuas figuras æri inciderunt, ſi excipiamus *Columnam* & Celeberr. *Dillenium.*

DILLENIUS excellit in Iconibus *æneis*, RUDBECKIUS uterque autem in *Ligneis.*

Plurimæ Veterum Icones in eo ſcœpius nos fallunt, quod plantas repentes exhibent erectas; nec non majores & minores, arbores & herbas æquali magnitudine repræſentant; Non tamen figuræ juſto majores pingendæ ſunt, ut in Horto Malabarico ſcœpius vidimus; Natura enim quantum fieri poteſt imitanda eſt.

Sunt qui lineis tantum marginalibus vel fundamentalibus plantas nitidius & clarius exhibuerint (ut *Fuchſius* &c.) quam alii elaboratiſſimis & umbroſis ſuis picturis.

Co-

Coloribus illuminatas figuras potius reliquimus viris minus Botanicis & Curiosis, vulgo nominatis, communiter enim pejor est illuminatio quam insculptio, cum minimas lineas obliterat.

§. I. MONSTROSI.

Monstrosi Icones sunt, si cum plantis, quas referre debent, vix ullam habent similitudinem. Tales plures habemus in *Dorstenio*, *Lonicero*, *Trago*, *Nylando*. &c.

JARAVA Johannes.
Historia plantarum a Dioscoride & aliis.
—— Antv. 1557. 8o. p. 250. totidem figuræ hispanice.

FUCUS Leonhardus. alias *Fuchsius*,
Historia generalis plantarum.
—— Trojes 12.

His addi etiam possumus Botanicos quosdam Medicos e. gr.

PALMBERG Johannes. Svecus.
Serta Florea Svecana.
—— Stregn. 1648. 8o. Suet. p. 416.

BRAUNER Johannes Jacobus.
Thesauri Sanitatis tomus tertius.
—— 1728. 8o. germ.

MYLLERUS Samuel.
Vade mecum Botanicum.
—— Francf. 1687. 8o. p. 869. germ.

BRUNSWIG Hieronymus.
Apotheca vulgi.
—— 1729. 8o. p. 120. german.

§. 2. RUDES.

Rudes Icones dicuntur, quando figuræ rudiori modo exhibent plantas.

Tales habemus apud *Bauhinum*, *Roeslinum*, *Turnerum*, *Turneisserum*, *Durantem*, *Charichterum*, *Parkinsonum*.

CHABRÆUS Dominicus.
Schiagraphia & Stirpium Icones.
—— Genev. 1666. fol. p. 661.
—— Genev. 1677. fol.

FUCHSIUS Leonhardus.
Commentaria in Historiam stirpium.
—— Lugdb. 1651. 8o. p. 851.
Icones seorsim editæ.
—— Basel. 1542. 8o. p. 516.
—— Basel. 1545. 8o. p. 516.
—— Lugdb. 1551. 12. p. 516.

PANCOVIUS Thomas.
Herbarium portatile.
—— Ulm. 1654. 4o. obl. pag. dimid. 172. figur. 1363.

PINÆUS Antonius.
Epithome Historiæ plantarum.
—— Lugdb. 1561. 12.
—— Lugb. 1567. 12. p. 640.

EGENOLPHUS. Chr.
Imagines Herbarum vivæ.
—— Francf. 1536. 4o. germ.
Effigies plant. arbor. frutic. & herbar.
—— Francf. 1562. 4o.

LINOCIER Georgius.
Historia plantarum.
—— Paris 1584. 12. p. 704. Gallice.

§. 3.

§. 3. USITATISSIMI.

USITATISSIMI sunt, qui plantas satis accurate exprimunt, adeoque in quotidianum usum trahuntur.

Tales sunt *Morisoni*, *Fuchsii* IV: 2.
Matthioli, *Dodonæi*, *Tabernæmontani*, &c.

DODONÆUS Rembertus.
Icones.
—— Antw. 1554. 8o. p. 268.

LOBELIUS Matthias.
Icones plantarum.
—— Antw. 1581. 4o obl fig. 2116.
—— Antw. 1591. 4o obl.

TABERNÆMONTANUS Jacobus Theodorus.
Icones plantarum.
—— Francf. 1590 4o obl. p. 1128. fig. in pagina singula 2.

MATTHIOLUS Petrus Andreas.
Compendium de plantis omnibus.
—— Venet. 1571. 4o p. 921. figuræ totidem.

CAMERARIUS Joachimus. Norimbergens.
Epithome Matthioli.
—— Francf. 1586. 4o. p 1003.

SIMON PAULI.
Icones. (annexæ Floræ Danicæ.)
—— Haffn. 1648. 4o. tab. 393. Danice.

TILL-LANDS Elias. Suecus.
Icones.
—— Aboë 1683. 8o. pag. & fig. 160.

MONTALBANUS Ovidius.
Hortus Botanographicus.
—— Bonon. 1660. 8o.

BOOT Anselius Böetius.
Icones Florum, Herbarum &c.
—— Brig. 1640. 4°. oblong. Lat.
PLUKENETIUS Leonhardus. Anglus.
Phytographia.
—— Lond. 1661. & sequ. 4°.
—— Lond. 1720. 4°. tab. 454.
VALENTINUS Michael Bernhard.
Viridarium Reformatum.
—— Francf. 1719. fol. germ.

§. 4. NITIDISSIMI.

Nitidissimi Ichniographi sunt, qui in plantis pingendis excellunt, easque ad vivum magnitudine naturali expresserunt.

Tales sunt: *Rheede* malab. *Breynius* exotic. *Commelinus* rarior. Amstel. *Ferrarius* Hesperid. & Cultura. *Gottschedius* Flor. pruss. *Muntingius* ubique. *Dillenius* Eltham.

RUDBECK olai. Pater & Fil. Sueci.
Campi Elysii Liber 1mus.
—— Upsal. 1702. fol. p. 224. Gramina.
Campi Elysii Liber 2dus.
—— Upsal. 1701. fol. p. 238. Bulbosæ. Opus hocce 12 Tomis constabat, secundum Bauhini Pinacis ordinem elaboratum, sed misere deflagravit anno 1702. Relictis tantummodo tomis 1. & 2. impressis, quorum primi tomi paucissima restant exemplaria.
RIVINUS Augustus Quirinus.
Ordo plant. fl. irregulari monopetalo.
—— Lipsiæ 1690. folio.
Ordo plant. fl. irreg. tetrapetalo.
—— Lipsiæ 1691. folio.

Ordo

Ordo plant. flor. irreg. Pentapetalo.
—— Lipsi 1699. folio.

BESLERUS Basilius.
Hortus Eystettensis.
—— Norb. 1612. imperial. fig. 1533.

SWERTIUS Emanuel.
Florilegium.
—— Francf. 1612. Imperial.
—— Amstel. 1647. & 1651.
—— Amstel. 1655. impr.

BRY. Johan. Theodorus.
Florilegium renovatum.
—— Pars I. Anno 1612. II - 1614. III - 1618. fol.

PASSÆUS Crispinus.
Hortus Floridus.
—— Arnh. 1607. 4° oblong.
—— Ultraj. 1614. 4o oblong. icon. 325.

IV. DESCRIPTORES.

Descriptores ſunt, qui verbis convenientibus plantarum facies & partes indicare voluerunt, ne unam pro altera ſumamus.

Adeoque planta, quæ a nullo Botanico nominata eſt, dicitur nova; quæ autem denominata, ſed non deſcripta eſt, dicitur minus nota.

Cum figuras non ſemper exhibere poſſimus, nec omnia adeo accurate iiſdem illuſtrare, neceſſariæ ſunt Deſcriptiones, imo magis e re ſunt, quam ipſæ figuræ.

Veteres plurimi ſuperficialia tantum, & quæ in oculos primum incurrebant adnotarunt, reliqua ut ſupervacanea reliquerunt.

Dolendum eſt veterum optime inceptas Deſcriptiones non proſequi a noſtra ætate; & neſcio quid faſcinaverit noſtros, ut tota mens trahatur ad peregrinas plantas, illæ vero, quas pedibus conculcamus, omnino relinquuntur.

Putat fere maxima pars Botanicorum plantas vulgares ita eſſe deſcriptas, ut nihil addi poſſit, ſed illi adeant *Raji* Hiſtoriam, ab omnibus deſcriptoribus mere ſelectam ac in volumen collectam, & videbunt ne decimam partem perfecte deſcriptam eſſe; reliquæ vero plurimæ multa pauca continent. Redeant itaque cultores ad Deſcriptiones plantarum vulgarium, ſi quis amor Botanices!

UNIVERSALES Deſcriptores vocantur, qui fere omnes ſibi notas plantas deſcribere tentarunt, quos in tres ſectiones diſtinguo: *Neglectos* ſcilicet, *Uſitatiſſimos* & *Selectos*.

§. 1. NEGLECTI.

NEglecti Descriptores Universales sunt veteres, qui sine notabili ἀκριβείᾳ plantas descripserunt, & hoc tempore rarius in usum adhibentur.

BRUNFELSIUS Otto. Moguntinus.
Herbarium S. Kreyter-beschreibung.
— *Argent.* 1530. 1531. 1536. tom. 3. germ. fol.
— Argent. 1537. tomi 3. folio.

DORSTENIUS Theodorus.
Botanicon.
—— Franf. 1540. fol. p 306. latin. fig.

TRAGUS Hieronymus. alias *Bock*.
Historia stirpium S. Kreyterbuch.
—— Argent. 1552. 4o. lat. p. 1200. fig. 567.
—— Argent. 1572. fol. germ. auctior.
—— Argent. 1586. fol. germ folio. 454.
—— Argent. 1595. fol. germ.
—— Argent. 1630. fol. germ.

ROESLIN Eucharius. alias *Rodion*.
Botanicum Francfurterse.
—— Francf. 1546 fol.

LONICERUS Adamus *Hessus*.
Opus Historiæ naturalis.
—— Francf. 1551. fol. lat.
Herbarium.
—— Francf. 1573. fol. germ.
—— Francf. 1598. fol. germ.
—— Francf. 1630. fol. germ. auctius.
Sub antecessoris sui *Roeslini* S. *Rodii* nomine primum prodiit, tandem 1569, remoto *Rodii* nomine, suum præfixit *Lonicerus*, teste C. Bauh.

RUELLIUS Johannes.
Libri III. de natura ſtirpium.
— Baſil. 1537. folio.
— Baſil. 1543 folio.
TURNERUS Guilielmus. Anglus.
Hiſtoria plantarum Angliæ.
— Lond. 1551. fol. anglice alphabetice. fig.
— 1568. fol. germ. figuris negl.
THURNEISSERUS Leonhardus.
Hiſtoria ſeu Deſcriptiones plantarum.
— Berol. 1578. fol. lat. p. 156. fig.
— Berol. 1578. fol. germ.
DURANTES Caſtor. Medic. Roman.
Herbarium novum.
— Venet. 1602. fol. Italice. p. 492.
— Venet. 1684. fol. Ital. fig. 897. alphabetic. ligate.
Hortus Sanatitatis.
— Franct. 1609. germ. 4o p. 1081. figuris.
CHARICHTERUS Bartolomæus.
Herbarium magnum ſ. Gros Kreyterbuch.
— Francf. 1673. p. 374. figuris.
NYLAND Petrus.
Herbarium ſ. Kreyterbuch.
— Oſnabr. 1672. 4°. p. 395. figuris.
PHILOMUSIUS nom. fictum.
Herbarium ſ. Kreyterbuch.
— Argent. 1576. fol. germ.
— Argent. 1595 fol. germ.
VERZASCHA Bernhardus.
Herbarium.
— Baſil. 1678. fol. germ.
SYRENNIUSA Simon. Polonus.
Herbarium.
— Craco 1613. fol. polon. p. 1540. figuris.

ZEDORA. Polonus.
Herbarium Polonicum.
— Varſov. 1595. fol. polonic. p. 484. figur.
ANONYMUS
Herbarius patrius.
— Anno Domini &c. 1485. ſolia 100. 4°. ſtylo monach.
VIGIER Johannes.
Hiſtoria pl Europ & uſual. Aſiæ. Afric. &c.
— Lion. 1718. 8°. gallic. p. 866. fig. parv.
CORDUS Euricius Heſſenſis.
Botanologicum.
— Colon. 1534. 8°.

§. 2. USITATISSIMI.

Uſitatiſſimi Deſcriptores ſunt, qui plantas ſatis bene deſcripſerunt, & in quotidianum uſum a Botanicis adhibentur.

CORDUS Valerius.
Hiſtoria ſtirpium.
— Argent. 1561. fol. fig. 272.
FUCHSIUS Leonhardus Germ.-Rhetius.
Hiſtoria plantarum.
— Baſil. 1542. imper. lat.
— Lugdb. 1549. 8°. lat.
— Lugdb. 1551. 8°. lat.
— Lugdb. 1555. 12°. lat.
— Paris 1549. folio gallic.
— Baſil 1543. fol. germ. fig. 516.
GERARDUS Johannes Anglus.
Hiſtoria plantarum.
— Lond. 1597. fol anglic.
— Lond. 1636. fol. angl. p. 1630. emacul: à *Jonſtono*.

TA-

TABERNÆMONTANUS Jacobus Theodorus.
Hiſtoria plantarum. tomi tres.
— Francf. 1588. fol. germ. fig. 2087.
— Francf. 1613. fol. germ. emac. à *C. Bauhino.*
— *Baſil.* 1731. fol. germ.

DODONÆUS Rembertus. Belgio-Mechlin:
Hiſtoria vel Pemptades ſtirpium.
— Antw. 1557. fol. gallic.
— Antw. 1583. fol. lat. fig. 1305.
— Antw. 1616. fol. lat. auctior. p. 872. f. 1341.
— Antw. 1644. fol. belgice.

LOBELIUS Matthias Belgo-Flandr.
Hiſtoria ſtirpium.
— Antw. 1681. fol. belgice.

TURRE Georgius
Hiſtoria plantarium.
— Patav. 1635.
Auctor eſt rariſſimus, nec hactenus nobis obvius eſt.

DALECHAMPIUS Jacobus. Gallia-Cadom.
Hiſtoria generalis plantarum.
— Lugd. 1587. fol. tom. 2. pag. 1095. & 1922. gallice.
Molinæus Joh. opus hocce poſthumum edidit, hinc quibuſdam Molinæi Hiſtor. Lugd. dicitur. figuræ 2686. ſed 400. bis poſitæ. hinc BAUHINI C. Animad. in H. Lugd. Francf. 1601. 4.

PARKINSONUS Johannes. Anglus.
Theatrum Botanicum.
— Lond. 1640. fol. angl. p. 1646. figuris.
Paradiſius Terreſtris.
— Lond. 1629. folio.

MUNTINGIUS Abrahamus.
Hiſtoria generalis plantarum.
— Lugdb. 1696. fol. belgice.

Phy-

Phytographia.
—— Lugdb. 1702. imper.
—— Amstel. 1711. fol.

ZVINGERUS Theodorus.
Theatrum Botanicum.
—— Basil. 1699. fol. germ. p. 995. figuris.

CHERLERUS Johannes Henricus.
Prodromus Historiæ plant. generalis.
—— Ebrod. 1619. 40.

§. 3. SELECTI.

Selecti Descriptores sunt, qui omnium optime plantarum descriptiones colligerunt, adeoque a Botanicis necessario possideri debent.

BAUHINUS Johannes.
Historia plantarum Universalis.
— Ebrod. Tom. 3. sc. I-1650. II. & III-1651. fol. lat.
Nullus descriptor frequentius citatur quam hic; dolendum maxime est, quod opus ejus sit posthumum, unde multi errores, figuræ deformes, maleque transpositæ irrepserunt.

MORISONUS Robertus. Anglus.
Historia plantarum universalis.
— Oxon. 1680. fol. lat. tomus 2. p. 617. t. 126.
— Oxon. 1699. fol. lat. tomus 3. p. 657. t. 166.
Tomus 1. de arboribus cum Auctore simul periit.
Opus hoc est systematice dispositum, secundum genera & species, cum synonymis, descriptionibus, figuris 9. à 12. in singula tabula, loco natali, usu &c.

RA-

RAJUS Johannes. Anglus.
Hiftoria plantarum. tomi tres.
— Tom. 1. Lond. 1686. pag. 1—983. fol. lat.
— Tom. 2. Lond. 1686. pag. 984 -1940.
— Tom. 3. Lond. 1702. pag. 1—666. arbores.
— Syftematice confcriptum eft, fine figuris.

§ 4. PARTICULARES.

Particulares Defcriptores funt, qui unicam familiam, feu claffem plantarum fibi examinandam, & defcribendam propofuerunt.
Hos imitari debent Botanici, cum unus omnibus vix fufficiat & femper fat multa, fi fat bene eft.
LITHOPHYTA.
MARSILIUS Ludov. Ferdinandus Comes.
Hiftoria phyfica maris.
——— Amft. 1625. fol. p. 173. t. 40. gallice.
FUNGI.
STERBEECKIUS Francifcus.
Theatrum Fungorum.
— Antw. 1585 4o. belgic. figuris.
MUSCORUM claffem adhuc nullus dedit.
DILLENIUS Joh. Jac. in Flora Giffenfi.
RAJUS in fynopfi edit. 3.
VALLIANTIUS in Flor. Parifienfi.
MORISONUS in Hiftor. pl. univerfali.
MICHELIUS in Novis pl. generibus plurimos mufcorum fpecies defcripfere & depinxerunt, optandum effet, ut Celeb. *Dillenius*, qui glaciem fregit in difficillima hac claffe, etiam in fe fufciperet defcriptiones & hiftoriam Mufcorum, cum pauciffimi alii idem præftare queant.

FI-

FILICES.

PLUMIER Carolus.
Tr. de Filicibus Americanis.
— Paris 1705. fol. gall. p. 146. tab. 170.

GRAMINA.

BAUHINUS Casp. a filio *Joh. Casp.* editus.
Liber primus theatri Botanici.
—— Basil. 1658. fol. fig.
—— Basil. 1663 fol. fig.
Auctor Historiam omnium plantarum, in Pinace contentarum, exhibere voluit per XII tomos in folio, qui cum vita summi Bauhini, excepto primo hocce posthumo, periere.
RUDBECKIUS secundum pinacem edere figuras in XII tomis comprehensas destinavit, sed incendio retardatus, *gramina* tantum & *Lilia* edere potuit.

SCHEUCHZERUS Johannes.
Prodromus Agrostographiæ.
—— Tigur 1708. folio.
Historia Agrostographiæ.
—— Tigur. 1719. 4°. p. 512. fig.
Si quis alius rite Spartam propositam elaboraverit, sane Auctor idem præstitit, licet in difficillima hacce Botanices parte.

CEREALIA.

DODONÆUS Rembertus.
Historia Frugum.
—— Antw. 1552. 8°. p. 92. fig.
Historia Florum, Coronar. & odorator.
—— Antw. 1569. 8°. p. 307. fig. edit. 2do.

MARINÆ. plantæ variæ in maritimis nascentes.

DONATUS Antonius.
Tractatus de plantis marinis.
—— Venet. 1631. 4°. italic. p. 120. fig.

AR-

ARBORES.

ALDROVANDUS Ulysses.
Dendrologia.
—— Bonon. 1668. folio. lat.
—— Francf. 1671. folio. lat.

JONSTONUS Johannes.
Dendrologia.
—— Francf. 1662. fol. p. 477. tab. 135.

MONTALBANUS Ovidius.
Dendrologia ad methodum Aldrovandi.
—— Francf. 1690. fol. lat.

BELLUCIUS Petrus.
De arbor. Conifer. Resinif. & fronde perpet.
—— Paris. 1553. 4°, cum fig.

AXTIUS Johannes Conradus.
De arboribus coniferis.
—— Jen. 1679. 12. lat. p. 131.

ADMIRANDÆ plantæ.

DURETUS Claudius.
Histor. admirabilis herbarum miraculosarum.
—— Paris 1605. 8°. gallic. fig. monstros.

OLORINUS Johannes.
Centuria herbarum mirabilium.
—— Magd. 1616. 8°. germ. p. 139.
Centuria arborum mirabilium.
—— Magd. 1616. 8°. germ. p. 122.

GESNERUS Conradus.
Comment. de plantis lunaribus.
—— Tigur. 1555. 4° p. 42. figuris.
—— Hafn. 1669. 8°.

OFFICINALES seu Pharmaceuticæ.

POMET Petrus.
Historia medicamentorum.
—— Paris 1694. fol. gallice. figuris
—— Lipf. 1717. fol. germ. figuris.

Co-

CHOMEL.

Epithome Hiſtoriæ pl. officinalium.

—— Paris 1712. 8°. gallice.

——. Paris 1715. 8°.

—— Paris 1730. 12°. gallice.

DODONÆUS Rembertus.

Hiſtoria purgantium.

—— Antw. 1574. 8°. p. 505. figuris.

V. MONOGRAPHI.

Monographi sunt, qui unicum Genus, vel speciem plantæ, opusculo singulari prosecuti sunt.

Ejusmodi plurimos habemus, sed paucissimos Botanici nomine dignos; plurimi enim vel medice vel pharmaceutice tantum descripserunt plantam propositam.

Si Auctores hi magis solliciti essent de Generum Characteribus & Specierum numeris, differentiis, descriptionibus, figuris & attributis veris, uno verbo plantam describerent cum judicio, & publico longe utiliora forent opuscula illa.

Auctores in hac classe secundum *Methodum* meam *Sexualem*, in *Systemate* nostro *Naturæ* propositam, ordine enumero.

§. 1. AUCTORES.

Auctores Monographos voco, qui sub Libri vel Tractatus nomine ejusmodi scripta edidere.

—— Roſtoc. 1626. 12o.

SPIGELIUS Andreas.
Iſagoge in Rem herbariam.
—— Patav. 1606. 4o.
—— Lugdb. 1633. 12o.

MORISON. Robertus.
Præludia Botanica.
—— Lond. 1669. 8o.

§. 2. ERISTICI.

ERISTICOS voco Botanicos Philoſophos & Theoreticos, qui ſcriptis litigarunt.

Hi licet propria ſua ſcripta ſcommatibus & verbis, viris honeſtis & ſanis plane indignis communiter defæcarunt; ſæpius tamen obſervationes, Canones & ratiocinia ſimul in medium produxerunt, ut inter Philoſophos eis locum concedere debeamus.

FUCHSIUS Leonh. contra *Cornarum*.
Cornarrius furens.
—— Baſil. 1545. 4o.

CORNARUS Janus. contra *Fuchſium*.
Nitra & Brabyla pro Vulpecula excoriata.
—— Francf. 1545. 4o.

FUCHSIUS Leonh. contra *Ruffum*.
Apologia adverſus Gualth. Ruffum.
—— Baſil. 1544. 8o
—— Baſil. 1545. 8o.

* * *

MATTHIOLUS Petrus. contra *Amatum*.
Apologia adverſus Luſitanum Amatum.
—— Venet. 1558. 8o.

GUILANDINUS Melchior. contra *Matthiolum*.
Liber 1 apologiæ adverſus Matthiolum.
—— Patav. 1558. 4o.

MATTHIOLUS Petrus. contra *Guilandinum*.
Diſputatio adv. problem. 20. Guilandini.
—— Patav. 1562. 8o.

HESSIUS Paulus. contra *Matthiolum*.
Defenſio problematum 20. Guilandini.
—— Patav. 1562. 8o.

PIT-

oder algebraische Rechenkunst,
6 ll., pp.188, 4 ll.

4to. Zurich: J.J. Badmer.

* * *

PITCARNIUS Archib. contra *Sibaldi* Scotiam.
Dissertatio de legibus Historiæ Naturalis.
—— Edinb. 1696. 8o. p. 94.

* * *

RAJUS Johannes.
Præfatio ad syllogen pl. extra Britannias.
—— Lond. 1694. 8o. *tangit Rivinum.*
RIVINUS Aug. Qu.
Epistola ad Johannem Rajum.
—— Lipf. 1694. 4o. p. 24.
—— Lond. 1696. 8o. cum *Raj* Responso.
RAJUS Johannes.
Dissertatio de variis plantar. methodis.
—— Lond. 1696. 8o 40. *respondit Rivin. Tangit* Tournefortium.
TOURNEFORTIUS Jos. Pitton.
Epistola de optima methodo instituenda.
—— Lond. 1696. 8o.
CHOMEL.
Respons. ad Tournefortium.
—— Lond. 1696. 8o.
SCHELHAMER G. Chr.
Epistolica Diff. de plantis in classes diger.
—— Hamburg. 1595. 4o. p. 32.
DILLENIUS Joh. Jacob.
Judicium de methodis Rivini, Tournefortii &c.
—— Francf. 1719. 8. *cum Flora Giffenf.*
RIVINUS August. Quir.
Responsio ad Dillenii objectiones.
—— Lipf. 1720. 12. c. *introductione* R. H.

DILLENIUS Joh. Jac.
Examen Reſponſionis Rivini.
—— Francf. 1719. 8°. c. *append. Fl. Giſſ.*

§. 3. PHYSIOLOGI.

PHYSIOLOGI Philoſophi & Botanici ſunt, qui Sexum plantarum deſcripſerunt.

CAMERARIUS Rudolphus.
Epiſtola de Sexu plantarum.
—— Tubing. 1695. 12°.
—— Francf. 1701. 4°. *c. Valent. polych.*

VAILLANTIUS Sebaſtian.
Sermo de ſtructura Florum.
—— Lugdb. 1717. 4°. p. 55. gallic-lat.

BLAIR Patricus.
Eſſentia Botanica ſ. Botanic. Eſſays.
—— Lond. 1720. 8°. p. 414. angl.
Obſervationes miſcellaneæ.
—— Lond. 1718. 8°. p. 149. t. 2. angl.

JUSSIEU Antonius.
Diſſert. de analogia inter plantas & animalia.
—— Lond. 1721 4°. c. *Bradley* oper. Nat.

BRADLEY Richardus.
Tentamina circa cultur. pl. vide. XIII. 2.

* * *

PONTEDERA Julius *negat Sexum.*
Anthologia
—— Pat. 1720. 4°.

§. 4. INSTITUTORES.

INSTITUTORES Botanici Philoſophi ſunt, qui regulas rite conſtituendi Syſtemata tradiderunt.

JUNGIUS Joachimus.
Iſagoge Phytoſcopica.
—— Hamb. 1678. 4o. *poſthum.*

AMMANNUS Paulus.
Character plantarum naturalis.
—— Lipſ. 1685. 12. p. 458.
—— Lipſ. 1686. 12o. auctior.
—— Francf. 1701. 12o. not. *Nebelii* Dan.

HEISTERUS Laurentius.
Schediaſma de ſtudio R. H. emendando.
—— Helmſt. 1730. 4o.

RIVINUS Auguſtus Quirinus.
Introductio generalis in Rem. H.
—— Lipſ. 1690. folio.
—— Lipſ. 1696. 12o.
—— Lipſ. 1720. 12o.

KNAUTIUS Chriſtianus.
Diſſertatio præliminaris ſ. Iſagogica.
—— Hal. 1705. 4o. p. 8.
—— Lipſ. 1716. 8o. c. *Syſtemate univ.*

TOURNEFORTIUS Joſ. Pitton.
Iſagoge in R. H. cum Syſtem. univ.

MARTYN Johannes.
Lectio prima Botanica.
—— Lond. 1729. 8o. p. 23. figur. Angl.

RAJUS Johannes.
Præliminaria ad met. Emend. vide p.

LINNÆUS Carolus.
Fundamenta Botanica.
—— Amſtel. 1735. 8o.

XI. SY-

XI. SYSTEMATICI.

Systematici sunt, qui genera plantarum secundum Classes & ordines disposuerunt.

Nomina plantarum ignotarum apud Auctores, sine divisione in tanta multitudine plantarum, reperire admodum arduum est, hinc Systematici omnium maxime necessarii sunt.

Systematicos divido in *Orthodoxos* & *Heterodoxos*, illos iterum in *Particulares* & *Universales*.

§. I. HETERODOXI.

HETERODOXI Systematici sunt, qui fundamentum dividendi plantas, ab alio, quam fructificationis principio, desumserunt.

DIVIDO Heterodoxos in *Alphabetarios*, *Chronicos*, *Topophilos*, *Empiricos*, *Seplasiarios*, *Rhitzotomos*, *Phyllophilos*, & *Physiognomos*.

ALPHABETARII sunt, qui secundam literam primam nominis generici vegetabilia disponunt.

TALES sunt infiniti; præcipue autem *Floristæ* & *Adonistæ*, qui maximam partem methodo ejusmodi Alphabetica usi sunt.

CHRONICI à tempore florendi methodum petunt. Classes communiter quatuor, secundum 4 anni tempora constituunt, ordines autem a mensibus, in quibus flores suos explicant plantæ, desumunt.

SIMON PAULI.

Flora Danica. vide. p. 86.

Quadripartitum Botan. XIII. 3.

GES-

GESNERUS Conradus.
Tabulæ collectionum plantarum.
—— Argent. 1553. 8o. cum. *Kyberi Lex.*
—— Tigur. 1587. 8o.
HORSTIUS Jacobus.
Herbarium Horstianum.
—— Marp. 1630. 8o.
PASSÆUS Crisp.
Hortus Floridus. vide p. 23.
BESLERUS Basilius.
Hortus Eystettensis. vide p. 23.
DILLENIUS Joh. Jac.
Flora Gissensis. vide pag. 89.
LINDEN Francisc. Baltz.
Tournefortius Alsaticus. vide p. 90.
RHEFELDT Abrahamus.
Hodegus Bot. menstruus. vide p 88.
KRAMERUS Joh. Georg. Henr.
Tentamen Botanicum s. meth. Rivino-Tourn.
—— Dresd. 1728. 8o. maj.

TOPOPHILI a loco natali, in quo sponte crescunt plantæ, methodum fingunt.
DALEKAMPIUS Jacobus.
Historia generalis. vide pag 28.
CORNUTUS Jacobus.
Flora Parisina. vide pag. 94.
ROYER Johannes.
Adonis Hessensis. vide pag. 74.
KENTMANNUS Theophilus.
Tabulæ loc. & temp. quibus collig. pl.
—— Wittenb. 1626. 4o.
—— Lipsiæ. 1659. 4o.
—— Kilon. 1667. 12o.
—— Francf. 1715. fol. c. Valent. polychr.
Classes a locis, ordines a mensibus des.

EM-

EMPIRICI ab uſu plantarum medico plantas diſtribuerunt. ut:

PARKINSONUS Johannes.

Paradiſus terreſtris. vide pag. 28.

CHOMEL. J. B.

Epithome Hiſtoriæ plant. vide p. 73.

SEPLASIARII ſecundum ordinem, quo plantæ in officinis pharmaceuticis traduntur, ſimpliciſſime procedunt. Tales pauciſſimi ſunt.

RHITZOTOMI plantas ſecundum figuram radicis diſtinguere tentant.

HORTULANI cummuniter hanc merhodum defendunt.

PHYLLOPHILI a foliorum ſimilitudine methodum fecere.

ZALUZIANSKY Adamus.

Libri 3 methodi Herbariæ.

—— Prag. 1592. 4°.

HEISTERUS Laurentius.

Diſſertat. de foliorum utilitate in generibus.

—— Helmſt. 1732. 4°. p. 56.

PHYSIOGNOMI à facie vegetabilium externa methodum adornarunt.

BAUHINUS Caſparus.

Pinax Th. B. vide pag.

BAUHINUS Johannes.

Hiſtoria univerſalis. vide p. 29.

KOENIG & multi alii veterum.

§. 2. UNIVERSALES.

UNIVERSALES Orthodoxi Syſtematici ſunt, qui methodum ſuam plantarum a fructificationis principio deſumſerunt.

Hi methodum a variis partibus fructificationis, a petalis, calyce vel ſtaminibus confecerunt.

* * *

FRUCTISTÆ a fructu; *pericarpio* vel *ſeminibus* methodum adornarunt.

CÆSALPINUS Andreas.
Libri de plantis.
—— Florent. 1583. 4°.
Appendix ad libr. de pl.
—— Rom. 1603. 4°.

MORISONUS Robertus.
Hiſtoria univerſ. vide p. 29.

HERMANNUS Paulus.
per Diſcipulos ſuos *Zumbac* & *Rudbeck.*
ZUMBAC Lothzarius.
Adonis Lugdunenſis. vide pag. 72.
RUDBECK Olaus. *Filius.*
Diſſ. gr. de fundamentali pl. notitia.
—— Ultr. 1690. 4°.
—— Augw. 1691. 12°. p. 57.

BOERHAAVIUS Hermannus.
Adonis Lugdun. 1ma. vide p. 27.
Adonis Lugdun. 2da. vide p. 27.
Hiſtoria plantarum. vide XIII. 3.

KNAUTIUS Chriſtophorus.
Flora Hallenſis. vide pag. 87.

RAJUS Johannes.
Hiſtoria univerſalis. vide pag. 30.
Synopſis ſtirp. Britan. 1ma. vide p. 93.
Synopſis ſtirp. Britan. 2da. vide p. 93.
Methodus plantarum.
—— Lond. 1665. 8o.
—— Lond. 1682. 8o. p. 166.
Methodus pl. emendata & aucta.
—— Lond. 1703. 8o.
—— Amſtel. 1710. 8o.
Synopſis ſtirp. Britan. 3ia. vide p. 93.
SLOANE Johannes.
Flora Jamaica. vide pag. 99.
DALE Samuel.
Pharmacologia. vide XIII. 3.
Supplementum. vide XIII. 3.
MARTYN Johannes.
Tabulæ Synopticæ pl. officinalium.
—— Lond. 1726. folio. p. 18.
CAMELLUS Georg. Joſeph.
Peregrinat. Luzon. vide pag. 110.

* * *

COROLLISTÆ a Florum *petalis* methodum ædificarunt.
Hi duplices ſunt. Alii a numero petalorum cum *Rivino*, alii a figura corollæ cum *Tournefortio*, Syſtemata conſtruxerunt.
RIVINUS Auguſtus Quirinus.
Ordines plantarum. vide pag. 22.
HEUCHERUS Johannes.
Adonis Wittenbergenſis. vide p. 76.
GEMEINHART Johannes Caſparus.
Flora Laubenſis. vide p. 88.

WEL-

WELSCHIUS Chrift. Ludovicus.
Bafis Botanica.
—— Lipfi. 1697. 12o. p. 228.
HEBENSTREIT Johannes Erneftus.
Diff. ac. Definitiones plantarum.
—— Lipf. 1731. 4o. p. 44. *Characteres.*
RUPPIUS Henricus Bernhardus.
Flora Jenenfis. vide pag. 87.
KNAUTIUS Chriftianus.
Methodus pl. genuina.
—— Lipf. 1716. 8o. *multa mutat.*
TOURNEFORTIUS Jofephus Pitton.
Elementa Botanica.
—— Paris. 1694. 8o. maj. p. 562. t. 451. gall.
Inftitutiones Rei Herbariæ.
—— Paris. 1700. 4o. tomi 3. latine.
—— Amftel. 1719. 4o. tomi 3. lat.
Character plantarum. (non vidi?)
—— Francf. 1708. 4. c. S. Paul. 4 part?
VALENTINUS Chriftoph. Bernh. *Filius* M. B.
Tournefortius contractus.
—— Francf. 1715. folio.
VALENTINUS Michaël Bernhard.
Viridarium reformatum. vide p. 22.
JOHRENIUS. M. D.
Vade m. Botanicum. vide p. 90.
MONTI Jofephus.
Indices plantarum varii.
—— Bonon. 1724. 4o. p. 78.
ELVEBEMES. nomen fictum.
Grundvahl till. plantekienningen.
—— Upfal. 1730. 12. *figuræ Claffium.*
PLUMIER Carolus.
Nova pl. americanarum genera.
—— Paris. 1703. 4o. p. 52. t. 40. gener. 106.

FEVILLE Ludovicus.
Peregrinat. Peruvian vide p. 115.
DILLENIUS Joh. Jac.
Appendix c. novis pl. generibus.
— Giss. 1719. 8o.
MICHELIUS Petrus Antonius.
Nova pl. genera.
— Florent. 1729. fol. p. 234.
Botanicorum vere Lynceus est in examinandiis & depingendis minutissimis floribus Muscorum & Fungorum; proxime promisit flores Filicum.
PETITUS Petrus.
Nova pl. genera & Censura ad Chrysosplen.
— Namurc. 1710. gallice.
RIPA Virgilius.
Historiæ univ. pl. conscribendi propositum.
— Patav. 1718. 4o. p. 195.
PONTEDERA Julius.
Dissert XI. in H. A. Patavino.
— Patav. 1720. 4o. *Rivino-Tournef.*

* * *

CALYCISTÆ a *Calycibus* Systemata composuere.
MAGNOL Petrus. *Pater.*
Character plantarum.
— Monsp. 1720. 4o. p. 340. posthum.
— Montisb. 1725. 4o *non vidimus.*
Nos methodum a calycis diversis speciebus desumtam promittimus.

* * *

* * *

SEXUALISTÆ a *Staminibus* & *Piſtillis* Syſtemata ſua elaborant.
LINNÆUS Carolus.
Syſtema Naturæ.
— Lugdb. 1735. fol. maj. p. 14.
cum Syſtemate Lapid. Quadrup. Avium, Inſectorum. &c.

§. 3. PARTICULARES.

PARTICULARES Orthodoxi Syſtematici ſunt, qui unius, cujuscumque demum, Claſſis methodum compoſuerunt.
COMPOSITO flore gaudentes plantæ.
VAILLANTIUS Sebaſtian.
Methodus pl. fl. compoſito.
— Ac. Reg. Paris. variis locis. gallic.
PONTEDERA Julius.
Diſſertationes. vide pag. 130.
UMBELLATAS plantas diſtrib.
MORISONUS Robertus.
Diſtributio plantarum umbelliferarum.
— Oxon. 1672. folio.
— Oxon. 1715. fol. p. 91. t. 12.
GRAMINA.
RAJUS Johannes.
Methodus graminum, Juncorum &c.
— Amſtel. 1710. 8. c. meth. emend.
MONTI Joſephus.
Prodromus ſtirpium Agri Bononienſis.
— Bonon. 1719. 4°.

SCHEUCHZERUS Johannes.
Idæa ſ. Methodus graminum.
—— Tigur. 1719. 8o
Hiſtoria graminum. vide p. 31.

MUSCORUM methodum elaboravit.
DILLENIUS Joh. Jacobus.
Flora Giſſenſis. vide p. 89.
RAJI ſynopſis Brit. 3ia. vide. p. 93.

FUNGORUM methodum conſtruxit.
DILLENIUS Joh. Jacobus.
Flora Giſſenſis. vide p 89.
RAJI Synopſ. Brit. 3ia vide. p. 93.

XII. NOMENCLATORES.

Nomenclatores Botanici sunt, qui de plantarum nominibus solliciti fuere.

Hi 4-plices sunt, *Synonymistæ*, *Chritici*, *Ethymologi* & *Lexicographi*.

§. I. SYNONYMISTÆ.

SYNONYMISTÆ sunt, qui unus ejusdemque plantæ diversa nomina specifica conjunctim collegerunt, ope occuratæ collationis ex ipsa planta & descriptionibus desumtæ, nomen aliquod certum reliquis nomenclaturis præposuerunt, quo noto reliqua per se patescerent. Hinc uno auctoris cognito, novimus omnium diversa, eidem speciei imposita, nomina.

Tales unt vel *Universales*, qui omnium Auctorum nomina colligere voluerunt, vel Particulares, qui selectis quibusdam contenti fuere.

Particulares Synonymistæ sunt, omnes fere Floristæ & Adonistæ, nec non omnes Botanici nomine digni. quos hic recensere superfluum foret; de universalibus tantummodo agere animus est, ut:

BAUHINUS Caspar.

Phytopinax.

—— Basel. 1596. 4o.

recenset modo plantas unico nomine.

Pinax theatri Botanici.

—— Basil. 1623. 4o.

—— Basil. 1671. 4o.

Opus est 40 laboriosorum annonum.
Opus est hactenus sine pari.
Opus est, quo nullus carere potest.

SHERARDUS Guilielmus. Anglus.
Pinacem *continuare allaboravit, sed huic opere conficiendo, immortuus est magnus ille vir.*

DILLENIUS Johannes Jacobus.
Profess. Botan. Sherardianus huic labori postea exantlando a *Sherardo* Guilielmo constitutis est, a quo, opus hocce diu desideratissimum, anxie exspectat Res publica Botanica.

AMBROSIUS Hyacinthus.
Phytologia plantarum tomus I.
—— Bonon. 1666. fol.
Recenset descriptas, cum paucis synonymus.

§. 2. CRITICI.

CRITICI recte construere nomina generica & specifica docent.

Tales nullos hactenus editos vel conscriptos scio.

NOS.
Hononymiam plantarum *genericam, Specificam & variat: secundum Fundamenta nostra Botanica, cum rationibus, observationibus & exemplis in animum edere habemus.*

§. 3. ETHYMOLOGI.

ETHYMOLOGI sunt, qui nominum genericorum origines tradiderunt.

FAL-

FALLUGIUS Virgilius

Prosopopoeja Botan. ad meth. Tournefortii.
—— Florent. 1705. 12. ligate.

Prosopopœja Bot. ad meth. Rivini.
—— Florent. 1697. 12.
Agit de monopetalis & tetrapetalis irrig.

Prof. pars altera de pl. umbelliferis.
—— Florent. 1699. 12o.

RAPINUS. Reneal.

Libri Hortorum. vide. XVI. 1.
Nomina mythice explicat.

BAUHINUS Johannes.

Tr. de plantis a Divis sanctisque denomini nat.
—— Basil. 1591. 8o.

§. 4. LEXICOGRAPHI.

LEXICOGRAPHI nomina plant. in div. ling. exh.

KYBERUS David.

Lexicon Rei Herbariæ trilingue.
—— Arg. 1553. 8o.

MENTZELIUS Christ.

Index plantar. multilinguis.
—— Berol. 1682. fol.

* *
* * *
* *

Exhibitis hactenus Botanicis, vere sic dictis, ad tertiam Auctorum Phalangem, qui de plantis scripserunt, jam pervenimus, quos *Botanophilorum* insignimus nomine.

BOTANOPHILORUM nomine intelligimus ejusmodi Auctores, qui varia de plantis utilia & scitu necessaria scripserunt, sed talia tamem, quæ minus tangunt scientiam Botanices, & quæ ad notitiam plantarum non proprie spectant.

Tales quadruplices sunt; *Anatomici*, *Hortulani*, *Medici* & *Anomali*, qui quatuor nobis constituant Classes.

XIII. ANATOMICI.

Anatomici ſunt Botanophili, qui ſtructuram plantarum, quod ad interiores earum partes attinet, deſcripſerunt.
Hi ſunt vel *Practici*, vel *Theoretici*.

§. I. PRACTICI.

PRACTICI Anatomici ſunt, qui ipſi manus admoverunt, parteſque plantarum internas diſtincte tradiderunt.

GREW Nehemias. Anglus.
Anatome vegetabilium.
—— Lond. 1672. 8o. figuris. angl.
—— Lond. 1682. folio.
Anatome plantarum.
—— Lond. 1685. 12o. angl.
Anatome Truncorum.
—— Lond. 1675. 8o. p. 81. fig. angl.
Tr. de uſu partium plantarum.
—— Lond. 1685. 12o. fig.

MALPIGIUS Marcellus. Italus.
Anatome plantarum.
—— Lond. 1675. folio. lat.
Anatomes pars altera
—— Lond. 1679. folio.
Opera omnia de Anat. plant.
—— Lond. 1686. folio.
—— Lugdb. 1687. folio.

MUSSCHENBROEK Petr. Prof. Math. Ultraj.
Occupatus eſt quotidie in anatome plantarum, cujus opus propediem videre promiſit.

§. 2. THEORETICI.

THEORETICI Anatomici plantarum ſunt, qui phyſiologiam ſecundum practicorum inventa docent.

FELDMAN Bernhardus.
Comparatio plantar. & animalium.
—— Lugdb. 1732. 4o p. 63 *docte conſcripta.*

ROYEN Adrianus.
Diſſ. gr. Anatomia & œconomia plant.
—— Lugdb. 1728. 4o.

TRIUMPHETTUS Johannes Baptiſta.
Obſervationes de vegetatione. vide. p. 59.
Vindiciæ veritatis.
—— Rom. 1703. 4o. p. 205. *contra Malpig.*

JACOBÆUS Joh. Adolph. *Filius oelig.*
Schedion de ſtructura & vegetatione pl.
Haffn. 1727. 8o. p. 27.

HALES Stephan.
Statica vegetabilium.
—— Lond. 1727. 8o. p. 376. angl.

XIV. HORTULANI.

Hortulani ii ſunt, qui culturam vegetabilium deſcripſerunt.
Hi ſunt vel *Univerſales* vel *particulares*.

§. I. UNIVERSALES.

UNIVERSALES Hortulani ſunt, qui culturam plantarum in genere tractarunt.
MILLER Philippus.
Dictionarium Hortulanorum.
—— Lond. 1731. fol. Anglice.
BELLONIUS Petrus.
Libellus de neglecta ſtirp. cultura.
—— Antw. 1589. 8o.
MORINUS Petrus.
Obſervationes neceſſariæ circa culturam pl.
—— Paris. 1658. 8o. p. 222. gallice.
BRADLEY Richardus.
Tr. de Oeconomia & Horticultura veget.
—— Lond. 1726. 8o. t 2. p. 427. 479. angl.
Tentamina nova circa culturam pl.
—— Lond. 1726. 8o. p. 608. angl.
SWITZER Stephanus.
Horticultura Practica.
—— Lond. 1727. 8o. p. 427. angl.
RUDBECK Olaus. *Fil.*
Diſſ. ac. de propagatione plantarum.
—— Upſal. 1686. 8o.
ALICH Johannes.
Hortus Svecanus.
—— Stockh. 1722. 8o. p. 188. ſvetic.

ARVIDUS MAGNI. Arvid. Manfon.
Horticultura f. Trægardsbok.
— Stockh. 1654. 8°. fvetice.
FERRARIUS Johannes Baptifta.
Cultura Florum.
— Rom. 1633. 4°.
— Amftel. 1645. 4° p. 522. editio gall.
LAURENBERGIUS Petrus.
Horticultura.
— Francf. 1631. 4°. fig. lat.
— Francf. 1655. 4°.
— Norimb. 1671. 8°. germ.
Apparatus plantarius.
— Francf. 1632. 4°. figuris.
— Francf. 1654. 4°. figuris.
ELSHOLTIUS Johannes Sigismundus.
Horticultura.
— Colon. 1672. 4°. p. 378. germ. Synon.
STRENGELIUS Car.
Hiftoria Hortorum florum & arborum.
— Augv. 1650. 12°.
RHAGORIUS Daniel.
Hortus plantarum.
— Bern. 1639. 8° germ.
— Bern. 1650. 8° germ. auctior.
— Meyntz. 1651. 8°.
MIZALDUS Antonius
Opus de arborum hortenf. infitione.
— Paris. 1560. 8°.
Hiftoria Hortenfium.
— Colon. 1577. 8°.
CAUSE H.
Hortus Regius.
— Amftel. 1676. fol. belg. figuris nitidiff.

MYL-

MYLLER Johannes Georg.
Deliciæ hortenſes. tomi 2.
— Srutg. 1684. 12. p. 252. 61. germ.
HIEBERN Johannes Chriſtoph.
Horticultura.
— Lipſ. 1671. 8o germanice.
DYMLERUS Wolffgang.
Hortus arboreus.
— Norimb. 1664. 8o. p. 479. germ.
KNABEN Michäel.
Pomolegium Horti.
— Norimb. 1621. 4o. germanice.
PLURES recenſere ſuperfluum duco.

§ 2. PARTICULARES.

PARTICULARES Hortulani ſunt, qui partem aliquam horticulturæ ſpeciatim tractarunt.
Societas Hortulanorum Londinenſis.
Catal arborum, qui liberum aërem petunt.
— Lond. 1730. alph.
THYMINGIUS Ludovic. Philippus.
Diſſ. ac. de arboribus e foliis educatis.
— Hall. 1721. 4o. p. 56. *inventum Mandar.*
HESPERIDES huc referri etiam poſſunt. vide. p. 43.

XV. MEDICI.

MEDICI Botanophili sunt, qui de plantarum usu in medicina solliciti fuere.

Ex variis Fundamentis medici vires plantarum rimati sunt, hinc ordines constituo 7. *Astrologos* scilicet, *Chemicos*, *Observatores*, *Mechanicos*, *Signatores*, *Chymologos*, & *Botano-Systematicos*.

§. I. ASTROLOGI.

ASTROLOGI medici sunt, qui vires plantarum a *Sideribus* profluere autumnarunt & inde explicare tentarunt.

BODENSTEIN Adamus.
Usus pl. secundum 12. signa cœli.
— Amberg. 1611. 8o. germ.

POPPEN Johannes.
Herbarium s. Kreyterbuch.
— Lips. 1625. 8o. germ.

§. 2. CHEMICI.

CHEMICI Medici vires plantarum per ignem Chymicum optime addisci existimant.

Ac. Regia. Parisina.
Diu experimenta instituit, quæ.
TOURNEFORTIUS Joseph. Pitton in.
Flora Parisina. vide pag. 94.
TAUWRY Daniel.
Tractatus de medicamentis.
—— . . . . 8o. gallice.

§. 3. OBSERVATORES.

OBSERVATORES Medici ſunt, qui per longam praxin, experientiam & obſeruationem, vires plantarum colligerunt.

DIOSCORIDES Pedacius. vide pag. 7. una cum Commentatores & maxima parte Botanicorum ac medicorum per hanc viam itroiveruntad vires plantarum cognoſcendas, paucos recenſebo.

DESCRIPTORES univerſales fere omnes, præcipue tamen *Selecti*, vires tradiderunt.

DALE Samuel.
Pharmacologia.
— Lond. 1693. 8o.
— Brem. 1713. 8o.
Supplementum Pharmacologiæ.
— Brem. 1707. 8o.

FRANCUS de Frankenau Georgius.
Flora Francica.
— Argent. 1685. 12o.
— Lipſiæ. 1698. 12o.
Flora Francica Rediviva.
— Lipſ. 1716. 8o. germ.

CHOMEL.
Epith. Hiſtoriæ pl. vide p. 35.

SIMON PAULI.
Flora Danica. vide pag. 86.
Quadripartitum Botanicum.
— Roſtoc. 1639. 4o.
— Argent. 1664 4o. p 690.
— Francf. 1708. 4o

ZORNIUS Bartolomæus.
Botanologia medica.
— Berol. 1714 8o. p. 740. germ.
Aptiſſima eſt docentibus in Hortis.

VATERUS Abrahamus.
Historia simplicium ex India orient.
—— Wittenb. 1722. 4°.
Ignotas plantas continet.
Infinitos aade possem, si omnes Medicos, qui de plantarum viribus scripserunt, recensere, volupe esset.

§. 4. MECHANICI.

MECHANICI vires tradiderunt secundum principia agendi in corpore humano.
TALES, simul Botanicos, paucissimos, si quidem ullos, suo.
BOERHAAVIUS Hermannus.
Historia plant. quæ in H. L. B. Cresc.
—— Rom. 1727. 8o. p. 698. *per discipulos; ad mechanicos proxime accedit.*

§. 5. SIGNATORES.

SIGNATORES medicos voco, qui plantarum vires a faciei externæ convenientia cum membro vel morbo aliquo, rimare tentarunt.
E. gr. *Tormentilla* in *Dysenteria*, quod rubra sit. *Hepatica* in Hepatis morbis, quod folia visceris istius gerunt figuram. *Chelidonium* in ictero, cum succo gaudeat luteo. Ranunculus *Ficaria* dictus in Hæmorrhoidibus cæcis, cum radix nodosa sit. &c.
CROLLIUS Oswaldus.
Tract. de Signaturis rerum internis.
—— Francf. 1622. 4°.

PORTA Johannes Baptiſta.
Phytologia.
—— Neap. 1588. folio.
—— Francf. 1608. 8o.
HELVETIUS Johannes Fridericus.
Xiſtus Herbarum.
—— Heidb. 1661. 8o. germ.

§. 6. CHYMOLOGI.

CHYMOLOGI Medici a nobis vocantur, qui ſenſibus externis, *odore* & *ſapore*, vires plantarum examinare norunt.
GRUBE Hermannus.
Commentariol. de modo noſcendi ſimplicia.
—— Haffn. 1669. 8o.
ABERCROMBIUS David.
Clavis Medicinæ
—— Lond. 1685. 8o. p. 36.

§. 7. BOTANICO-SYSTEMATICI.

BOTANICO-SYSTEMATICI Medici vires a Claſſibus Naturalibus derivant, de quo videas *Hermanni* mentionem, *Petiveri* Epiſtolam ad ſoc Anglic. *Hoffmanni* Diſſertationem &c.

XVI. ANOMALI.

Inter Anomalos numero omnes, qui de plantis ſcripſerunt, & ad antecedentes claſſes referri nequeunt.

§. I. POETÆ.

POËTÆ ligate de plantis ſcripta ſua conſignarunt.

RAPINUS Renealmus.
Libri Hortorum.
—— Lugdb. 1668. 12o.
—— Ultraj. 1672. 8o.

NEVIANUS Marcus.
Poëmatium de plantarum viribus.
—— Lovan. 1563. 8o. pag. bis. 106.

MACER Æmilius.
Liber de viribus Herbarum vide p. 6.
— craco 1537. 8. fig. interp. *Lovicz* Sim.
— Baſil. 1581. 8. Interp. *Victorius* Georg.
— Lipſ. 1590. 8o. per *Rantzovium* Henr.

STRABUS. Monachus.
Hortulus.
—— Norimb. 1512. 4o.

FALUGIUS virgilius.
Proſopopæjæ. vide p. 135.

§. I. THEOLOGI.

Theologi ſuas plantas Biblicas, philologice communiter, curant.

Hos ſicco pede prætereo, cum libri iſti Botanicis minus neceſſarii videntur.

Co-

COQUIUS Andreas.
Phytologia ſacra.
—— Ulyſ. 1664. 4o.
LEMNIUS Levinus.
Lib. de plantis Biblicis.
—— Antw. 1569. 8o.
—— Erf. 1581. 8o.
—— Erf. 1584. 8o.
—— Erf. 1591. 12o.
CELSIUS olaus. Theologiæ D. & Prof. Upſal.
Continuo *occupatus eſt in explicando plantas Biblicas, cujus ſpecimina videas variis locis & temporibus in* Act. Lit. Svec., *Diſſertationes de* Palma &c. *agit & philologice & Botanice*, ubique doctiſſime.

§. 2. BIBLIOTHECARII.

BIBLIOTHECARII Libros in Botanicis ſcriptos recenſuerunt & Hiſtoriam Literariam ſcriptis conſignarunt
Videas pag 2dam. *Montalbanum*, *Rohr*, *Hermannum*, *Geſnerum*, *Scheuchzerum*, *Acta Lipſienſia.*
Nec non ibidem *Tournefortium*, *Hottonem*, & pag. 69. *Juſſieum* ; his adde ſequentem.
CONRINGIUS Hermannus.
Introductio in univerſ. artem medicam.
—— Helmſt. 1654. 4o.
—— Helmſt. 1687 4o. aucta, notis Schelhameri.
—— Spir. 1688. 4o.

§. 3. BIOLOGI.

BIOLOGI ſunt, qui vitam & mortem auctorum Botanicorum deſcribunt.

Nullus vere talis, quod maxime miror, hactenus fuit.

TOURNEFORTIUS ſolus, in Iſagoge Inſtitutionibus præfixa, nonnulla attulit.

§. 4. MISCELLANEI.

Miſcellanei Botanophili ſunt qui varia & diverſa, de plantis curioſa, commiſcuerunt.

ORTHELIUS Abrahamus.
Syntagma herbarum encomiaſticum.
— Raphel. 1614, 4°. p. 61. edit. 2da.

KOENIG Emanuel.
Regnum vegetabile.
— Baſil. 1680. 4o.
— Baſil. 1688. 4o. auctius.

BUCHWALD.
Specimen medico-practico-Botanicum.
— Haffn. 1720. 4o.

Sequentes a nobis non viſi ſunt, hinc incerti ſumus, ad quam claſſem referri debeant.

MONTALBANUS ovidius.
Catalogus plantar exſiccatarum.
— Bonon. 1624.

GESNERUS Conradus.
Hiſtoria plantarum.
— Baſil. 1541.

ANGUILLARIA Aloys.
De ſimplicibus.
— Venet. 1561.

AM-

AMBROSINUS Bartol.
Panacea de herbis.
—— Bonon. 1631.
CAMPI Balthaſſar & Michaël.
Specilegium Botanicum.
—— Luc. 1654.
PETIVER Jacobus.
Pterigraphia Americana.
—— Lond. 1712.
Icones Herbarii Britannici.
— Lond. 1713. fol. tab. 50. angl.
Concordia graminum muſcorum &c.
— Lond. 1716.
CAVALLINUS Phil.
Enumeratio pl. prælectar. in Hort. Romano.
— Rom. 1689. 12°.
MAJOR Johannes Daniel.
Diſſertat. de planta monſtroſa Gottorpienſi.
—— Sleſw. 1665. 4°.

ADDITAMENTA.

p. 67. l. 24. 25. Fundatus est *Romæ* in Vaticano.
PROFESSORES in H. P. R. fuere.
MERCATUS Michäel.
BACCIUS Andreas.
DURANTES Castor.
FABER Johannes.
CASTELLUS Petrus.
. . . .
TRIUMFETTUS Lælius.
ASSALTUS Petrus.

p. 67. l. 28. 29. Fundatus est *Bononiæ* inter primos.
PROFESSORES Bot. in H. A. B. fuere

GHINUS Lucas.	1547.
ODONUS Cæsar.	1565.
ALDROVANDUS Ulysses.	1605.
ULTERVERIUS Joh. Corn.	1620.
AMBROSINUS Bartol.	1657.
AMBROSINUS Hyac. *frat.*	1665.
CAPPONIUS Lælius.	1675.
TRIUMFETTI Joh. Bapt.	1723.
MONTI Josephus h. t.	*floret.*

p. 73. l. 24. 25. ULTRAJECTINI horti Historia *ex literis D. D. Serrurier.*
Fundatus est *Trajecti* ad Rhenum, & loco mutatus.
Vetus extra mœnia urbis (sonburg) fuit.
Novus hodiernus, ubi fanum servasii, intra urbem 1725.
PROFESSORES Botan. in H. A. U.
1638. REGIUS Henricus. 1679.
168 . MUNNIKS Johannes
1706. SERRURIER Joseph. *viret.*

RE-

REGIUS Henr. Primus Bot. Prof. Index pl. Horti A. Traj. ad Rhen. — Ultraject. 1650.

p. 116. l. 22. HOUSTONI vitam literis ſuis ante dies aliquot communicavit D. D *Gronovius*: Fidem, dicit, perſolvo & quidquid de optimo Houſtono referre potui Tecum communico: 1732. ex Academiis redux colonias Hiſpanorum Americanas petiit, ut medicamenta ibidem ſimplicia, Jalappam, Contrajervam (quam Dorſteniam eſſe detexit) &c. colligeret, ſecumque in Georgiam deduceret & ibidem coleret. Sequenti anno debili & infirma utens valetudine in phthiſin incidit...., morbo invaleſcente 14. auguſti 1733. ſupremam vidit diem. Dom. *Miller* omnes nervos intendit ut chartas ejus & obſervationes poſſit comparare, quas cum eruditis communicare in animum habet.

* * *

p. 120. l. ult. LEONICENUS Nicol. cont. *Plinium* Opus de Plinii & aliorum error.
— Ferrar. 1509. 4°.
— Baſil. 1529. 4°. cum additam.
— Argent. 1532. fol. cum Brunf.

COLLENUTIUS Pand. cont. *Leonic.* Interpret. in Plinium.
— Argent. 1532. fol. Brunfel.

p. 51. l. ult. GESNERUS Conradus.
Asseveratio de Aconito 1mo. Dioscordis.
— Tigur. 1577. 4o.

p. 55. l. 25. 26. RAIUS Johannes.
Cat. pl. in Regionibus transmarinis obs.
— Lond. 1673. 8o.

p. 20. l. 26. 27. DIE VILLE.
Hist. plantarum Europæarum.
— Lion. 1706. 8o.

p. 59. l. 13. 14. COLUMNA Fabius.
Phytobasanos.
— Neap. 1594. 4o. fig. 35.
Ephrasis minus cognitar. stirp. pars 1o.
— Rom. 1610. 4o. fig. 156.
Ecphrasis min. cogn. pars 2da.
— Rom. 1616. 4o. fig. 43.

p. 21. l. ult. WEINMAN Joh Will.
Phytanthozoiconographia.
— propediem edenda. tomi X. singulus plag. 100.
figuris coloribus impressis, variis linguis.

p. 60. l. 30. 31. COMMELINUS Casparus.
Plantæ exoticæ H M. Amstelod.
— Lugdb. 1706. 4o. p. 48. t. 48.

p. 7. l. ultima GESNERUS Johannes Matthias.
Varro, Columella, Palladius, Martialis, Vegetius, *antea inediti.*
Opera de re rustica.
— Lips. 1735. 4o. alph. 8. pl. 10.

p. 50. l. 25. 26. Norb. 1644. 12.

p. 106. l. 21. 22. Mercurius Botanicus. pars altera. — Lond. 1644. 12°.

p. 68. l. 34. MORINUS, obſervandum eſt Morinum tantummodo vicarium fuiſſe & Lectiones in Horto Pariſino, Tournefortio in oriente conſtituto, tradidiſſe. Poſt mortem autem Tournefortii *Fagon* ipſe iterum introivit hortum, & reliquit aulam.

BIOGRAPHICA f. Anni Fatales quibus Nonnullorum Botanicorum sidera occiderunt.

Nativit. Annus, mens. dies.		Annus, mensis, dies, Mortis.	
981. . .	Avicenna	1037.	
	Gaza	1478.	
1454. V. 21.	Hermolaus	1493. VI. 12. cal.	
1428. .	Leonicenus	1524.	
	Brunfelsius	1534. XI. 23.	
	Ruellius	1537.	
1515. II. 18.	Cordus Val	1544. X. 7 cal.	
1494. .	Tragus	1554. II. 21.	
1516. III. 26.	Gesnerus	1565. XII. 16.	peste.
1501. .	Fuchsius	1566. V. 10.	
1500. .	Matthiolus	1577.	peste.
1517. .	Dodonæus	1585.	
1528. X. 10.	Lonicerus	1586. V. 19.	
	Guilandinus	1589.	
	Tabernæmontanus	1590.	
	Cortusus	1593.	
	Dalecampius	1597.	
1534. XI. 6.	Camerarius Joac.	1598. X. 11.	
1519. .	Cæsalpinus	1603. II. 23.	
1526. .	Clusius	1609. IV. 4.	
	Schwenefeld	1609. VI. 5 id.	
1541. .	Bauhinus Jo.	1613.	
1538. .	Lobelius	1616.	
1553. .	Alpinus prosp.	1616.	
1560. I. 17.	Bauhinus casp.	1624. XII. 5.	
	Alpinus Alp.	1637.	tabe.
1572. VII. 4.	Jungerman L.	1653. VI. 7.	
1607. .	Loeselius	1655. III. 3.	
1587. .	Jungius	1657. IX. 23.	
	Frankenius	1661. X. 16.	
	Vorstius Adol.	1663. III. 15.	
1605. .	Barrelierus	1673. IX. 17.	
1603. .	Simon Pauli	1680.	
	Zanonius	1682.	
1627. .	Muntingius	1683. I. 31.	catarr. suff.
1620. :	Morisonus	1683.	caput contus.
	Ammannus Paul	1691. IX. 4.	
	Hagendornius	1692. II. 27.	
	Wolckamerus Georg.	1693. V. 17.	
1636. . .	Krautius Christop.	1694. XI. 29.	
1627. .	Malpigius	1694. XI. 29.	Apoplex.
1640. VI. 30.	Hermannus Paul.	1695. I. 25.	

1641. .	Plot	1696. IV. 30.		
1637. .	Breynius Jacob.	1697. . .		Diarrhi
1627. .	Hoffman. maur.	1698. IV. 22.		
1622. VI. 15.	Menzelius	1701.		
1630. .	Rudbeck pater.	1702. IX. 28.		
1646. IV. 20.	Plumier	1704.		
1668. VII.	Gottſchedius	1704.		
1628. .	Rajus	1705.		
	Triumfettus. I. B.	1707. . .		ſcirrh. pylor.
1656. VI. 5.	Tournefortius	1708 XI. 28.		Hect. a contuſ.
1648. .	Hotto	1709.		
1636. .	Magnolius pater	1715.		
1635. V. II.	Fagon	1718.		
1669. V. 26.	Vaillantius	1722. V. 21.		calc: pulmon:
1652. XII. 9.	Rivinus.	1723. XII. 30.		calculo.
	Martinus	1727. VII. 2.		Hydrope.
1658. XI. 1.	Koenig	1731 VII. 30.		
	Commelinus Caſp.	1731. XII. 25.		
	Houſtonus	1733. VII. 14.		Phthiſi.

INDEX

INDEX AUCTORUM.

Bir-

Cho-

Eu-

Hen-

Knaut

Smidt

Va-

ERRATA.

p.	lin.		lege
2	6	Systematicos.	Methodicos.
2	12	Bumaldus J.Anton.	MONTALBANUS Ovidius
2	14	1675	1657.
7	12	Siciliæ	Cilicia
9	18	Dantisci.	Damasc.
16	2	Pliniani	Plinii
27	34	J nstono	Johnsono.
36	21	Jacobus IV.	Jacobus I.
45	24. 25. 26. 17.	refer ad pap. 35. inter lineam 8 & 9.	
58	2. 5. 4 5. 6.	ad pag. 59 inter	13-14
58	6	1952	1652.
67	35	Cbinus	Ghinus
68	7. 8	Vinea	Vigna
68	13	Hoc tempore	*Nati* Petrus
70	31	Myller	Miller
71	15	1633	1663
80	20	In Sici iæ	Panorpi in Sicilia
81	32	desiro	desidero
91	5	Oelthafen	Oelhafen
109	32	a Plaekenetio Com.	Lond. 1681 fol, Angl.
113	16	Monardes	Monardus
113	26	4to tom. 2	8vo tom. 6.
135	15	denomini nat.	Denominatis.
141	13	ino	suo

ERRATA in Fundam. Botanic.

		lege
§. 6.	Phythologi	Phytologi
§. 16	Catalogus	Catalogos.
§. 8	Fastibium	Fastigium
§. 149	Hermaphroditicius	Hermaphroditis
pag. ult: IX.	minorum	minorem
——— XI.	sunt	sunt.
§. 83.	suntque	dele
§. 107.	Syngenesis Sand.	Monadelphis 5-andris.
§. 170	aliquo	aliqua
§. 206	cæteribus	cæteris.
§. 237	quique	eorumque, qui
§. 303	Calor	color
§. 317	qui queat	dele
§. 359	vomitoria venenata	vomitoriæ, venenatæ,

CAROLI LINNÆI SVECI

Doctoris Medicinæ

FUNDAMENTA BOTANICA

quæ

Majorum Operum Prodromi inſtar

THEORIAM

SCIENTIÆ BOTANICES

per

breves Aphoriſmos

tradunt.

AMSTELODAMI,
Apud SALOMONEM SCHOUTEN.
1736.

VIRIS NOBILISSIMIS,

in *Hortis* per Europam *Publicis*.

		in Svecia.
D. D. Olav.	RUDBECK	in H.A. Upsaliensi.
		in
D. D. Laur.	HEISTERO	-- H. A. Helmstad.
		in
D. D. Adrian. v.	ROYEN	-- H. A. Lugdun.
		in
D. D. Jo. Jac.	DILLENIO	-- H. A. Oxoniensi.
		in
D. D. Anton.	JUSSIEU	-- H. A. Parisino.
		in
D. D. Julio	PONTEDERÆ	-- H. A. Patavino.

(*Salvis titulis*,

Opuscolum hocce aliquot foliorum,
365. aphorismis tantum constructum,

D

CAROLUS

BOTANICIS CELEBERRIMIS

Docentibus, *Professoribus* & Præfectis.

in Moschovia.
D. D. Johan. AMMANNO in H. A. Petropolit.
Germania.
D. D. Abrah. VATERO -- H. A. Wittenberg.
Belgio.
D. D. Johan. BURMANNO -- H. M. Amſtelod.
Britannia.
D. D. Johan. RANDIO -- H. S. Chelſeyano
Gallia.
D. D. Petr. MAGNOLIO -- H. H. Monſpelienſi
Italia.
D. D. Joſepho MONTIO -- H. A. Bononienſi.

Salvo ordine geographico.)

verum ſeptem annorum.
verum examine fido florum 8000.

D.

LINNÆUS.

PRÆ-

PRÆFATIO.

Satis ſcimus haberi Botanicen (Hiſtor. Natur.)
mole amplam,
varietate gratam,
diligentia ſæpius curioſam,
Sed ſi quis ex ea fabulas
& Auctorum citationes
& inanes Controverſias,
Philologiam denique
& Ornamenta eximat
quæ ad Convivales ſermones
Hominumque Doctorum noctes
potius, quam ad Inſtituendam Philoſophiam
ſint accommodata
ad nihil magni res recedit
longe profecto abeſt ab ea ſcientia
quam animo metimur

VERULAMIUS.

FUN-

FUNDAMENTA BOTANICA.

I.

BIBLIOTHECA.

1 OMNIA, quæ in tellure occurrunt, *Elementorum* vel *Naturalium* nomine veniunt.

2 NATURALIA (1) trifariam ſeu in tria Regna Naturæ dividuntur: *Lapideum*, *Vegetabile* & *Animale*.

3 *Lapidea* (2) creſcunt; *Vegetabilia* (2) creſcunt & vivunt (133); *Animalia* (2) creſcunt, vivunt & ſentiunt.

4 BOTANICA eſt ſcientia Naturalis, quæ vegetabilium (3) cognitionem tradit.

5 BIBLIOTHECA Botanica continet Auctores, qui de vegetabilibus ſcripſerunt.

6 PHYTHOLOGI vocantur Auctores, de vegetabilibus clari, ſive *Botanici*, ſive *Botanophili* ſint.

7 BOTANICI (veri) ex Fundamento genuino Botanicam (4) intelligere debent, omniaque Vegetabilia (2) nomine intelligibili nominare ſciunt; ſunt *Collectores* vel *Methodici*.

8 COLLECTORES (7) de numero ſpecierum Vegetabilium primario ſolliciti fuere, ut: *Patres*, *Commentatores*, *Ichniographi*, *Deſcriptores*, *Monographi*, *Curioſi*, *Adoniſtæ*, *Floriſtæ*, *Peregrinatores*.

9 *Patres* (8) Botanices prima rudimenta depoſuerunt.

10 *Commentatores* [8] in Patrum (9) ſcripta commentati ſunt.
11 *Ichniographi* (8) figuras Vegetabilium iconibus expreſſerunt.
12 *Deſcriptores* (8) adumbrationes (325) vegetabilium exhibuerunt.
13 *Monographi* (8) vegetabile unicum opere ſingulari proſecuti ſunt.
14 *Curioſi* (8) vegetabilia vix adumbrata collegerunt
15 *Adoniſtæ* (8) Catalogos vegetabilium ſativorum, certi loci, compoſuerunt.
16 *Floriſtæ* (8) Catalogus vegetabilium ſpontaneorum, certi loci, reliquerunt.
17 *Peregrinatores* (8) diſſitas regiones plantarum inveſtigandi cauſſa adierunt.
18 METHODICI (7) de Diſpoſitione [VI], & inde facta denominatione [VII] vegetabilium, imprimis laborarunt; ſuntque *Philoſophi*, *Syſtematici* vel *Nomenclatores*.
19 PHILOSOPHI (18) ſcientiam Botanices ſecundum rationem & obſervationes theoretice propoſuerunt; ut: *Oratores*, *Eriſtici*, *Phyſologi*, *Inſtitutores*.
20 *Oratores* (19) in Philoſophando, diffuſo dicendi genere uſi ſunt.
21 *Eriſtici* (19) de veritate in Botanicis, ſcriptis publicis litigarunt.
22 *Phyſiologi* (19) ſexus [V] myſterium in plantis revelarunt.
23 *Inſtitutores* (19) regulas, canones & axiomata communicarunt.
24 SYSTEMATICI (18), de diſpoſitione plantarum in certas phalanges, præcipue laborarunt, qui vel *Orthodoxi* vel *Hetrodoxi* dicuntur.

25

25 *Heterodoxi* Syſtematici (24) ab alio, quam fructificationis principio (164) vegetabilia diſtribuerunt, ut *Alphabetarii*, *Chronici*, *Topophili*, *Empirici*, *Seplaſiarii*, *Rhizotomi*, *Phyllophili*, *Phyſiognomi*.

26 *Orthodoxi* Syſtematici (24) e fructificationis vero fundamento (164) methodum deſumſere; ſuntque *Univerſales* vel *Particulares*.

27 *Univerſales* Orthodoxi (26) Syſtematici, genuina methodo omnes vegetabilium claſſes conſtruxerunt; ut: *Fructiſtæ*, *Corolliſtæ*, *Calyciſtæ*, *Sexualiſtæ*.

28 *Fructiſtæ* (27) à *Pericarpio* (863) *ſemine* vel *Receptaculo* fructificationis, claſſes vegetabilium compoſuerunt, ut: *Cæſalpinus*, *Moriſonus*, *Hermannus*, *Rajus*, *Camellus*.

29 *Corolliſtæ* (27) à Corolla (86) petaloſa Claſſes diſtinxerunt, ut *Rivinus* & *Tournefortius*.

30 *Calyciſtæ* (27) à Calyce claſſes diſtribuerunt ut *Magnolius* & *Nos*.

31 *Sexualiſtæ* (27) à ſexu (149) diſtribuunt ut *Ego*.

32 *Particulares* (26) Orthodoxi Syſtematici unius tantum Claſſis Syſtema compoſuere; e. gr. *Compoſitorum*, *Umbellatorum*, *Graminum*, *Muſcorum*, *Fungorum*.

33 *Compoſitorum* (117) Claſſes tractarunt *Vaillantius* & *Pontedera*.

34 *Umbellatorum* (118) Claſſes inſtruxerunt *Moriſonus* & *Artedius*.

35 *Graminum* Claſſes compoſuere *Rajus*, *Monti* & *Scheuchzerus*.

36 *Muſcorum* Claſſem elaboravit *Dillenius* & *Michelius*.

37 *Fungorum* Claſſem itidem inſtruxit *Dillenius* & *Michelius*.

38 NOMENCLATORES (18) de vegetabilibus recte denominandis (210) ſolliciti fuere; hi ſunt: *Synonymiſtæ*, *Critici*, *Etymologi* vel *Lexicographi*.

39 *Synonymiſtæ* (38) diverſa vegetabilium, a Phythologis (6) impoſita nomina, collegerunt.

40 *Critici* (38) nomina, generibus & ſpeciebus vere propria, ſervare deberent.

41 *Ethymologi* (38) radices & origines nominum genericorum eruunt.

42 *Lexicographi* (38) nomina diverſarum linguarum colligunt.

43 BOTANOPHILI (6) ſunt, qui vegetabilia, licet non ex fundamentis Botanicis (151), tractant, ut: *Anatomici*, *Hortulani*, *Medici*, *Anomali*.

44 ANATOMICI (43) internas vegetabilium partes contemplati ſunt.

45 HORTULANI (43) culturam vegetabilium tradiderunt.

46 MEDICI (43) vires vegetabilium rimati ſunt ſecundum diverſa principia, hinc ſectæ diverſæ, ut: *Aſtrologi*, *Chemici*, *Obſervatores*, *Mechanici*, *Signatores*, *Chymologi*, *Botano-Syſtematici*.

47 *Aſtrologi* (46) de viribus vegetabilium ab aſtris, ut: *Signatores* (46) a convenientia & figura utriusque externa divinarunt.

48 *Chemici* (46) vires vegetabilium, per ignem addiſci poſſe, putarunt.

49 *Obſervatores* (46) ab empiria, ut *Mechanici* (46) a dogmaticis ſuis principiis, vires vegetabilium addidiſcerunt.

50 *Chymologi* (46) a ſapore & odore vires ingerendorum optime noſcunt.

51 *Botano-ſyſtematici* (46) ſecundum claſſes naturales, vires Medicamentorum & alimentorum, miro artificio, diſtidguunt.

52 ANOMALI (43) ſunt, qui varia alia de vegetabilibus ſcripſerunt, ut: *Poëtæ*, *Theologi*, *Bibliothecarii*, *Biologi*, *Miſcellanei*.

II.

SYSTEMATA.

53 SYSTEMATICIS Orthodoxis (26), nitor & certitudo ſcientiæ Botanices, debetur.

54 CÆSALPINUS (28) eſt fructiſta & primus verus ſyſtematicus, ſecundum numerum gymnoſpermum vel angioſpermum diſtribuens.

55 *Moriſonus* (28) eſt fructiſta cum phyſiognomis (25) & Corolliſtis (29) copulatus.

56 *Hermannus* (28) eſt fructiſta, ſecundum fructum Gymnoſpermum & Angioſpermum numerans.

57 *Kautius* Chriſtoph. Hermannianum (56) Syſtema inverſum adoptavit.

58 *Boerhaavius* Hermannianum [56] cum Rajano [59] emendato conciliavit, & ad majus faſtidium deduxit.

59 *Rajus* (28) e fructiſta (28) Corolliſta (29) evaſit.

60 *Camellus* ſecundum valvulas pericarpii (86) plantas ſuas diſpoſuit.

61 RIVINUS eſt Corolliſta (29), ſecundum regularitatem & numerum petalorum cum triplici fructu.

62 *Knautius* Chriſtianus Rivinianum (61) inverſum, numerum ſcilicet regularitati petalorum præferens, ſuum fecit.

63 *Ruppius* Rivinianum (61) Syſtema in compoſitis (117) emendavit.

64 TOURNEFORTIUS eſt Corolliſta (29) ſecundum regularitatem & figuram cum duplici (97) ſitu receptaculi floris.

65 *Pontedera* Tournefortianum (64) cum Riviniano (61) combinare tentavit.

66 MAGNOLIUS eſt calyciſta (30), cum fructiſtis (28) combinatus.

67 Nos Calyciſtæ (30) erimus ſecundum calycis diverſas ſpecies.

68 EGO, etiam ſexualiſta (31) ſum, ſecundum numerum, proportionem & ſitum ſtaminum cum piſtillis.

69 *Vaillantius* (33) compoſitos flores, a calyce, receptaculo & ſeminibus, diſtinguit.

70 *Pontedera* (33) compoſitos, ſecundum Receptacula & ſemina triplicia, diſtribuit.

71 *Moriſonus* (34) Umbellatos (118) ſecundum figuram ſeminum enumerat.

72 *Artedius* (34) Umbellatos ſecundum involucra quadripartitim diſponit.

73 *Rajus* (35) Gramina, ſecundum glumas ſimplices & ariſtatas, ſeparat. *Monti* [35] ſecundum affinitatem graminum cum cerealibus diſtribuit.

74 *Scheuchzerus* (35) Gramina ſecundum glumarum partes ſynoptice diſtinguit.

75 *Dillenius* (36. 37) Muſcos & Fungos ſecundum ſitum & ſpeciem fructificationis conjungit & ſeperat.

76 *Michelius* (36. 37) Muſcos & Fungos ſecundum flores diverſos ſeparat.

77

77 Nos naturalis methodi fragmenta exhibere conabimur.

III.

PLANTÆ.

78 Vegetabilium (2) *ſpecies* ſunt: *Lithophyta*, *Algæ*, *Fungi*, *Muſci*, *Filices*, *Gramina*, *Herbæ* cum arboribus.

79 Vegetabilium *partes* (78) ſunt *Planta* & *Fructificatio*, quas rite dignoſcere Tyronibus primum erit.

80 *Planta* (79) totum corpus cujuſcumque vegetabilis, exceptis genitalibus (142), involvit, cujus partes in pleriſque ſunt *Radix*, *Truncus*, *Folia*, *Fulcra*.

81 RADIX (30) 3plex. eſt: *Bulboſa*, *Tuberoſa*, *Fibroſa*.

α *Bulboſa* Solida, tunicata, ſquamoſa.
duplicata, aggregata.
figurâ varia.

β *Tuberoſa* Seſſilis, pendula.
figurâ varia.

γ *Fibroſa* (*ſitu*) perpendicularis, horizontalis.
(*conſiſtentiâ*) carnoſa, filamentoſa.
(*diviſione*) ſimplex, ramoſa.

82 TRUNCUS (80) 3plex eſt: *Caulis*, *Culmus* vel *Scapus*.

α *Caulis* eſt duplex, ſimplex vel compoſitus.
. *Simplex* caulis continuata ſerie verſus apicem extenditur; eſtque.
. . *Integer* cum nullos emittit ramos. hicque
. . . . nudus, foliatus.
. . . . rectus, volubilis,
. . . . reclinatus, procumbens, repens.

 . . . . te-

. . . . teres, digonus, trigonus, &c. polygon
ſtriatus, canaliculatus,
. . . . glaber, villoſus, ſcaber, hiſpidus.
. . *Ramoſus* caulis ramulos laterales emittit.
. . . . aſcendens, diffuſus.
. . . . brachiatus, ramoſiſſimus, fulcratus.
. . . . cætera ut integer.
. . *Compoſitus* adſcendendo in ramulos ſubdiviſe deliqueſcit; ut:
. . . . dichotomus, diſtichus, ſubdiviſus.

β *Culmus* integer, ramoſus.
æqualis, articulatus, ſquamoſus.
nudus, foliatus.

γ *Scapus* eſt nudus vel foliatus.

83 FOLIA (80) ſunt ſimplicia vel compoſita.

α *Simplicia* eidem baſi vel petiolo folium unicum ſuntque adnectunt;

. . *Circumſcript.* Rotunda, orbiculata, ſubrot.
ovata, elliptica.
reniformia, Cordata, lunulata.
Oblonga, lanceolata, capillaria.
linearia, ſubulatata, aceroſa.

. . *Angulis* Teretia, cylindracea, gladiata.
trigona, ſagittata, haſtata.
triangularia, pentangularia.

. . *Laciniis* Integra, lobata, palmata.
bifida, trifida, quinquifida, multifida.
ſinuata longitudinaliter;
marginaliter.

. . *Margine* *apicis* integra, aucta, acuminata.
emarginata, retruſa, inciſa.
laterali integerrima, plicata, dentata, ſerrata, crenata.
undulata, criſpa.

Su-

: . *Superficie* nitida, glabra, ſcabra.
Villoſa, hirſuta, ſtrigoſa.
aſpera, aculeata,
rugoſa, venoſa, nervoſa.
carinata, carnoſa.

: . *Extenſ.* erecta, patula,
horizontalia, reflexa, revoluta.

: . *ſitu* ſeminalia, radicalia, caulina, floralia.
vaginantia, perforata, amplexicaulia.
ſeſſilia, petiolata, articulata.
oppoſita, verticillata,
alternata, ſparſa, accumulata.
imbricata.

β *Compoſita* folia communi petiolo foliola plura gerunt.

digitata quinata, ternata, conjugata.
pinnata cum impari, ſine impari.
abrupra, cirroſa.
decompoſita duplicato, triplicato &c. digitata
duplicato, triplicato &c. pennat.

84 FULCRA (80) plantarum ſunt ſextuplicia. *Bractea*, *cirrhus*, *mucro*, *aculeus*, *petiolus*, *pedunculus*.

85 PEDUNCULUS (84) fructificationem (ut Petiolus folia) ſuſtinet, geritque fructificationem: unicam, gemminam, plurimam, numeroſam, radicalem, caulinam, alarem, terminatricem, ſolitariam, ſparſam, conglobatam, conglomeratam, paniculatam, corymboſam, faſciculatam, verticillatam, ſpicatam.

IV.

FRUCTIFICATIO.

86 FRUCTIFICATIONIS [79] *partes* VII. sunt.

α *Calyx* species 6. Perianthium, Involucrum, Spatha, Gluma, Amentum, Calyptra.
β *Corolla* species 2. Petalum, Nectarum.
partes 2. Limbus, Tubus.
γ *Stamen* partes 2. Filamentum, Anthera.
δ *Pistillum* part. 3. (Germen) Stylus, Stigma.
ε *Pericarpium*. sp. 3. Conceptaculum, Capsula, Siliqua, Legum., Nux, Drupa Pomum, Bacca, Strobilus.
ζ *Semen* partes 2. Semen, Corona.
η *Receceptacul*. sp. 3. Floris, Fructus, Fructificat.

87 Partes FLORIS sunt *Calyx*, *Corolla*, *Stamen*, *Pistillum*.
FRUGTUS *Pericarpium*, *Semen*, *Receptaculum*.
FRUCTIFICATIONIS *Flos*, *Fructus*.

88 Essentia *Floris* (87) consistit in Anthera & Stigmate, *Fructus* (87) in semine, *Fructificationis* (87) in flore & fructu.

89 *Perianthium* (86) a foliis floralibus (83) differt, quod illud maturo fructu, si non prius, marcescit, folia non item.

90 *Corolla* (86) a Perianthio (86) distinguitur, quod illa cum staminibus situ alternat, perianthium autem opponitur.

91 Petalorum (86) *Numerus* a basi Corollæ, *Laciniarum* autem a medio Limbi, desumendus est.

92 *Structuram* Fructificationis (86) triplicem, quoad omnes suas partes (86), ubique examinabit Botanicus: *Naturalissimam* sc. *Differentem* & *Singularem*, & has tres secundum quatuor diversitates: α numerum; β figuram, γ proportionem, & δ situm attento describat oculo.

93 NATURALISSIMA (92) structura Fructificationis a pluralitate votorum desumitur, in α, numero β, figura γ, proportione & δ, situ.

94 Numerus (93) naturalissimus est, quod *Calyx* in tot segmenta, in quot *Corolla* dividatur, quibus *Stamina* respondent, singulo singulis *Antheris* bilocularibus instructo, *Pistilli* autem divisio cum *Pericarpii* loculis vel valvis aut *Seminum* ordinibus convenire solet.

95 Figura (93) naturalissima est, quod *Calyx* minus patens contineat *Corollam* sensim dilatatam, noctu conniventem, *Staminibus* & *Pistillis* erectis sensimque attenuatis refertam; hisce plerisque caducis, *Pericarpium* extenditur, *seminibus* plenum.

96 Proportio (93) naturalissima profert *Calycem Corollá* minorem, cum *Staminibus* & *Pistillis* longitudine æqualibus; si autem, Pistillum staminibus longius est, nutat Flos; *Pericarpium* e germine factum incrassatur, *Seminibusque* parvis repletur.

97 Situs (93) naturalissimus est, quod *Calyx* involvat Receptaculum, cui *Corolla* alternatim adnascitur; huic autem interius alternatim respondent *Filamenta*, quorum apicibus *Antheræ* incumbunt; Centrum Receptaculi occupat *Germen*, cujus apici *Stylus*

lus insidet, summo *Stigma* gerens. Hisce decidentibus Germen in *Pericarpium* crassescit, calyce sustentatum, *Semina* Receptaculo Fructus adnexa includens; *Receptaculum* Floris germini vel subnascitur vel circumnascitur vel supernascitur.

98 DIFFERENS (92) structura Fructificationis ab iis partibus, quæ in diversis sæpe differunt plantis, desumitur.

99 *Calyx* differt (98) quoad: α. numerum, compositionem, partes, lacinias; β. æqualitatem, figuram, marginem; γ. extensionem; δ. locum, persistentiam.

100 *Corolla* differens (98) est, quoad; α. Petala, lacinias, nectaria; β. figuram, æqualitatem marginem; γ. extensionem; δ. locum, persistentiam.

101 *Staminum Filamenta* differunt (98) quoad: α. numerum, lacinias; β. figuram; γ. proportionem; δ. situm. *Antheræ* autem quoad: α. numerum, loculamenta; β figuram, dehiscentiam; γ. connexionem; δ. situm.

101 *Pistilla* differunt (98) quoad: α. numerum, lacinias; β. figuram; γ. longitudinem, crassitiem; δ. situm, trium scilicet partium (86).

103 *Pericarpium* differt (98) quoad: α. numerum loculamenta, valvas; β. species, figuram, dehiscentiam; γ. inclusionem; δ. situm.

104 *Semina* differentia (98) observantur quoad: α. numerum, loculamenta; β. figuram substantiam, coronulam; γ. magnitudinem; δ. situm in Receptaculo (97).

105 SINGULARIS (92) Fructificatio ab iis partibus, quæ in certis paucissimisque generibus observantur, desumitur.

106 *Calyx* Corollâ minus coloratus esse solet, excepta *Astrantia*, paucisque aliis.

107 *Corolla* ipso Perianthio insidet in *Icosandriis*; adnascitur autem calyci suo in *Monœciis Syngenesiis Sand.*; communi vero Receptaculo cum Calyce infigitur in plerisque, exceptis paucissimis.

108 *Filamenta* staminum Corollæ *Monopetalæ* plerumque affixa sunt, *Polypetalæ* autem separata, exceptis floribus *Antheris bicornibus* gaudentibus.

109 *Antheræ* apici filamentorum communiter insident, exceptis *Paride*, *Asaro*, *Aristolochia*, *Aro* & paucissimis.

110 *Nectarium* (86) si a Petalo distinctum sit, communiter ludit, ut *Epimedium*, *Parnassia*, *Nigella*, *Aquilegia*, *Helleborus*, *Asclepias*, *Stisseria*, *Passiflora*, *Commelina*, *Aconitum*, & multis similibus.

111 *Germen* intra Antheras communiter collocatur, excepto *Aro* & *Rumice*.

112 *Stylus* apici germinis communiter insidet, excepta *Alchymilla* & *Icosandriis polygynis*.

113 *Conceptaculum* naturaliter clauditur, excepta *Reseda* &c.

114 *Flores* omnes qui Perianthio & Petalis instruuntur, sunt *simplices* vel *Aggregati*.

115 *Simplex* flos (87) est, cum pluribus floribus nulla pars fructificationis (86) communis est.

116 *Aggregatus* flos (87) est, cum pluribus flosculis aliqua pars fructificationis (86) communis est, diciturque *Compositus* vel *Umbellatus*.

117 *Compositus* flos est aggregatus (116), plures continens flosculos sessiles, communi Recep-

cep-

ceptaculo & Perianthio contentos; vel Antheris in cylindrum connatis instructos.

118 *Umbellatus* flos est aggregatus (116) plures continens flosculos, receptaculo ramose pedunculato fastigiatos.

119 *Luxurians* flos est, cum nonnullæ Fructificationis partes adeo multiplicantur, ut alii destruantur; estque vel *multiplicatus*, vel *plenus* vel *prolifer*.

120 *Multiplicatus* (119) flos de Corolla (86) multiplicata, salvis quibusdam staminibus, communiter prædicatur, estque *duplicatus*, *triplicatus* &c. Perianthium & involucrum raro, Stamina vix unquam multiplicatum constituunt florem.

121 *Plenus* (119) flos est, cum Corolla adeo multiplicatur, ut omnia stamina excludat; adeoque tantum gradu, a multiplicato (120), differt.

122 *Prolifer* (119) flos est, cum intra florem, sæpius plenum (121), alii flores enascantur; *prolifer* autem *frondosus* flos dicitur, cum intra talem florem ramulus vel folia emergant.

123 Multæ plantarum familiæ (160) flores luxuriantes (119) vix exhibere queunt.

124 Prolificatio (122) florum simplicium (115) e Pistillo, Aggregatorum (116) vero e Receptaculo fit.

125 Impletio (121) florum simplicium (115) vel Petalis vel Nectariis peragitur.

126 Multiplicantur (120) sæpius flores in Corolla polypetala, duplicantur autem in monopetala; Flores tamen monopetalos esse, simulque plenos, contradictorium non est.

127

127 *Compositi* (117) flores *implentur* (121) vel petalis tubulatis, vel planis.

128 *Flores* (115) *Simplices pleni* (121) differunt a compositis naturalibus (117), quod pleni illi pistillum commune, centrum floris occupans, compositi vero stamina & pistilla propria obtineant.

129 *Flores compositi pleni* (127) e petalis *planis* (127) differunt a simplicibus plenis (128), quod compositi flores pistilla propria, simplicium communia habeant.

130 *Flores compositi pleni* e petalis *planis* (127) differunt a compositis naturalibus (117) petalis planis, quod pleni isti antheris destituantur, naturales vero staminibus gaudeant.

131 *Radius* in flore composito naturali (117) si pistillis instruitur, omnes quoque pleni flores pistillis instruuntur, si vero destituitur, etiam destituuntur pleni.

V.

SEXUS.

132 Initio rerum, ex omni specie viventium (3), unicum sexus par creatum fuisse, suadet ratio.

133 Vegetabilia, sensatione licet destituantur, æque tamen ac animalia *vivere* (3) probat ortus, nutritio, ætas, motus, circulatio, morbus, mors, Anatomia.

134 Omne vivum ex ovo provenire datur; per consequens etiam vegetabilia; quorum semina esse *ova* docet eorum finis, sobolem parentibus conformem producens.

135 Omne vegetabile ex ovo (134) provenire dictitat ratio & experientia, confirmant cotyledones.

136 Cotyledones proveniunt e vitello ovi, cui punctum vitæ innaſcitur; ergo folia ſeminalia (83), quæ hilum involverunt, iidem ſunt.

137 Prolem non ab ovo tantum, nec a genitura ſola, ſed ab utriusque ſimul prodire probant Animalia Hybrida, Ratio & Anatomia.

138 Nullum ovum ante fœcundationem (137) excludi poſſe docet experientia, adeoque nec ova (134. 135) vegetabilium.

139 Omnis ſpecies Vegetabilium (157) flore eſt fructu inſtruitur, etiam ubi deficit viſus.

140 Omnis flos (88) Antheris & ſtigmatibus, ni diviſus (184) ſit, componitur.

141 Flos (140) omnem fructum antecedit, ut generatio partum.

142 *Fructificatio* (88) itaque continet genitalia plantæ, *Flos* (140) actum generationis, *Fructus* (134) autem partum.

143 Antheras (140) eſſe plantarum *genitalia maſculina*, & earum pulvis vera genitura, docet eſſentia (88), præcedentia (141), ſitus, tempus, loculamenta, caſtratio & figura pulveris

144 Stigmata (140) germini ubique annexa (97) eſſe *genitatia fœminina* probat eſſentia (88), præcedentia (141), ſitus, tempus, decidentia, abſciſſio.

145 *Generationem* (138) vegetabilium fieri mediante genituræ Antherarum (143) illapſu ſupra ſtigmatia, (144) dictitat oculus, proportio, locus, tempus, pluviæ, palmicolæ, flores nutantes, (96) ſubmerſi, Syngeneſia

fru-

frustranea, imo omnium florum genuina consideratio.

146 Calyx ergo est *Thalamus*, Corolla *Auleum*, Filamenta *Vasa spermatica*, Antheræ *Testiculi*, Pulvis *Genitura*, Stigma *Vulva*, Stylus *Vagina*, Germen *Ovarium*, Pericarpium *Ovarium fœcundatum*, semen *Ovum*.

147 Plantarum *Ventriculus* est Terra, *Vasa Chylifera* Radix, *Ossa* Truncus, *Pulmones* Folia, *Cor* Calor; hinc planta *Animal inversum* veteribus dicta fuit.

148 Flos [140] qui Antheras (143) *Masculinus*, qui Stigmata (149) *Fœmininus*, qui utraque (143. 144) continet *Hermaphroditus* dicitur.

149 Planta quæ floribus Masculinis (48) *Mas*; quæ Fœmininis (148] *Fœmina*, quæ Herma phroditis [148] *Hermaphrodita*, quæ Masculinis & Fœmininus simul *Androgyna*, quæque Hermaphroditis & Masculinis aut Fœmininis simul instruitur *Hybrida* dicitur.

150 Luxuriantes Flores [119] nulli naturales, sed omnes *Monstra* sunt; Pleni [121] enim *Eunuchi* evaserunt, adeoque semper abortiunt; *Multiplicati* [120] non æque; Proliferi (122) monstrosorum augent *Deformationem*.

VI.

CHARACTERES.

151 Fundamentum Botanices (4) Duplex eſt: Diſpoſitio & Denominatio.

152 Diſpoſitio (151) plantarum diviſiones vel conjunctiones docet; eſtque vel *primaria* quæ genera, ordines & Claſſes, ve *ſecundaria*, quæ ſpecies & variationes inſtituit.

153 Diſpoſitio (152) vegetabilium vel *Synoptice* vel *Syſtematice* abſolvitur, diciturque vulgo Methodus.

154 *Synopſis* (153) pro arbitrio diviſiones bifurcatas, longiores vel breviores, plures vel pauciores tradit, a Botanicis in genere (186) non agnoſcenda.

155 Syſtema (153) diſpoſitiones (152) per V appropriata membra reſolvit: *Claſſes* ſcilicet, *Ordines*, *Genera*, *Species*, *Variationes*.

156 Filum ariadneum Botanices eſt Syſtema (155) ſine quo chaos eſt.

157 *Species* (155) tot numeramus, quot diverſæ formæ in principio ſunt creatæ. (132)

158 *Variationes* (155) tot ſunt, quot differentes plantæ, ex ejuſdem ſpeciei (157 ſemine ſunt productæ.

159 *Genera* (155) tot dicimus, quot diverſæ conſtructæ (92) fructificationes proferunt plantarum ſpecies (157) naturales. (309)

160 Claſſis (155) eſt plurium generum (159) convenientia (165) in partibus fructificationis ſecundum principia Naturæ & Artis.

161 *Ordo* (155) eſt Claſſium (160) ſubdiviſio, ne plura genera (159) diſtinguenda ſimul & ſemel evadant, quam animus facile aſſequatur.

162 Naturæ opus ſemper eſt ſpecies (157) & genus (159), Culturæ ſæpius variatio (158), Artis & Naturæ Claſſis (160) ac ordo. (161)

163 Facies eſt ſimilitudo quædam vegetabilium (157) affinium & congenerum (159) nunc in hac, nunc in alia, nunc in pleriſque vegetabilium partibus magis manifeſta.

164 Diſpoſitio (155) vegetabilium primaria (152) à ſola fructificatione (86) deſumenda eſt.

165 Quæcunque plantæ in fructificationis partibus (86) conveniunt (92), limitalis limitandis (162), non ſunt in primaria (152) diſtributione diſtinguendæ.

166 Quæcunque (165) plantæ in fructificationis partibus, obſervatis obſervandis, differunt, non ſunt combinandæ.

167 A Numero α, Figura β, Proportione γ, & ſitu δ. omnium partium (86) fructificationis differentium (92-113), omnis nota generum Characteriſtica (189) erui debet.

168 Facies (163) occulte conſuli poteſt, ne genus artificiale (162), levi de cauſa, fingatur.

169 Quæ (167) in uno genere ad genus ſtabiliendum valent, non idem neceſſario præſtant in altero.

170 Raro obſervatur genus, in quo aliquo pars (167) fructificationis non aberrat.

171 In pleriſque generibus nota aliqua fructificationis ſingularis (105) obſervatur.

172 Si nota quædam fructificationis ſingularis

 (105)

(105), vel sui generis propria (171), in speciebus non omnibus adest, ne plura genera accumulentur, cavendum est.

173 Si nota quædam generi singularis (105) in genere affini reperiatur, ne idem genus in plura, quam natura dictitat, separetur, cavendum.

174 Quo constantior (93) pars aliqua Fructificationis (167) est in pluribus speciebus, eo etiam certiorem exhibet notam genericam.

175 In aliis generibus hæc, in aliis alia pars fructificationis constantior observatur.

176 Si Flores (87) conveniunt, fructus (87) autem differunt, cæteris paribus, conjungenda sunt; contrariorum plerumque contraria est ratio.

177 *Figura* (95) floris (87) certior est quam fructus (87) in plerisque generibus.

178 *Numerus* (94) facilius aberrat quam figura (95), proportione (96) tamen optime explicatur.

179 *Receptaculi* (86) floris duplicem situm magni fecit *Tournefortius*. (64)

180 *Petalorum regularitatem* nimiam fecit *Rivinus*. (61)

181 *Nectarium* (110) maxime fecit Natura, minus hactenus data theoria. (54-76)

182 *Stamina* & *Calyx*, luxuriationibus minus obnoxia (120), petalis longe certiora sunt.

183 *Pericarpii structura*, (92) toties a Systematicis (54-66) examinata, infinitis exemplis (77) dudum docuit, se minus valere (164), quam veteres crediderunt.

184 *Luxuriantes* flores (119) ut monstrosi & Eunuchi (150), in genere (159) constituendo (167), attendi (165) non debent.

185

185 *Multiplicati* (120) & *pleni* (121) flores a calyce & infirma ſerie petalorum, ut proliferi (122) a prole, ad ſui generis naturales (150) reducuntur.

186 *Character* idem eſt ac definitio generica (159), qui triplex datur: Factitius, Eſſentialis & Naturalis.

187 *Eſſentialis* (186) character notam generi, cui applicatur, propriiſſimam (171) & ſingularem (105) ſubminiſtrat.

188 *Factitius* Character (186) genus, ab aliis ſui ordinis (161) in methodo facta (53), tantum diſtinguit.

189 *Naturalis* character (186) notas omnes (92-113) generi poſſibiles (167) allegat, adeoque eſſentialem (187) & factitium (188) includit.

190 Character factitius (188) erroneus eſt, Eſſentialis (187) bonus, ſed vix ubique poſſibilis, Naturalem (189) difficillimum eſt conſtituere, conſtitutus autem baſis (156) eſt omnium Syſtematum, generum infallibilis cuſtos, omnique Syſtemati (26-37) poſſibili & vero applicabilis.

191 Naturalis (189) character ab omni Botanico (6) teneatur oportet.

192 Character (189) Nat: omnes fructificationis notas (167), per ſingulas ſuas ſpecies (157) convenientes (165) recencebit, diſſentientes (166) vero ſileat.

193 Nullus Character infallibilis eſt antequam ſecundum omnes ſuas (159) ſpecies (157) directus eſt.

194 Situs fructificationis naturaliſſimus (97), ni ſatis etiam differens (98) eſt, in Charactere (192) non adhiberi debet.

195 Character (186) nomen ſuum generium (213) in frontiſpicio gerat.
196 Unaquæque pars fructificationis (86) in charactere Nat (192) novam ordiatur lineam.
197 Nomen partis fructificantis (86) lineam, (196) differentibus literis, inchoabit.
198 Similitudinis notam (167), ne dextra manu notiorem, character (192) non aſſumat.
199 Notas convenientes (192) terminis compendioſe deſcribat character.
200 *Termini* puri (81-85) elegendi, obſcuri & erronei non admittendi ſunt.
201 Termini (199) neceſſariis plures excludendi, pauciores augendi ſunt.
202 Character (192) in omnibus, licet diverſis Syſtematibus (54-77), immutabilis ſervetur.
203 Genus (159) unica ſpecie (157) conſtare poteſt, licet plurimis ſæpius componatur.
204 Quod valet de charactere generico (162-202) valet etiam de claſſico (160), licet in hoc latius ſumantur omnia.
205 Claſſis genere magis arbitraria (162) eſt, utrisque magis ordo (161).
206 Claſſes quo magis naturales (163) eo, cæteribus paribus, etiam meliores ſunt.
207 Claſſes & ordines nimis longæ vel plures difficillimæ ſunt.
208 Ordo genera, inter ſe magis affinia & ſimilia, propius collocet.
209 Faciei plantarum (163) adeo adhærere, ut rite aſſumta fructificationis principia (164) deponantur, eſt ſtultitiam ſapientiæ loco præbere.

VII.

VII.

NOMINA.

210 Denominatio alterum (151) Botanices fundamentum, facta dispositione (152) nomina primum imponat.

211 Nomina vera plantis imponere Botanicis (7) genuinis (26) tantum in potestate est.

212 Nomina omnia sunt in ipsa vegetabilis enunciatione vel *muta*, ut Classis (160) & ordinis (161); vel *sonora*, ut genericum (159) specificum (157) & varians (158).

213 Quæcunque plantæ genere conveniunt (165), eodem nomine generico (212) designandæ sunt.

214 Quæcunque e. c. plantæ genere differunt (166), diverso nomine generico (213) designandæ sunt.

215 Nomen genericum in eodem genere (213) *unicum* erit.

216 Nomen genericum in eodem genere *idem* erit.

217 Nomen Genericum unum (215) idemque (216), ad diversa designandum genera assumtum, altero loco excludendum erit.

218 Qui novum genus constituit, eidem nomen etiam imponere tenetur.

219 Nomen genericum immutabile figatur, antequam specificum ullum componatur.

220 Nomina generica *primitiva* nemo sanus introducit.

221 Nomina generica ex *duobus vocabulis* integris ac *distinctis* facta, e Republica Botanic. releganda sunt.

222 Nomina generica ex *duobus vocabulis* integris & *conjunctis* composita, vix toleranda sunt.

223 Nomina generica, ex vocabulo græco & latino, similibusque *hybrida*, non agnoscenda sunt.

224 Nomina generica ab uno vocabulo plantarum generico *fracto*, altero *integro* composita, Botanicis indigna sunt.

225 Nomen genericum quibus *syllaba* una vel altera *præponitur*, ut aliud plane genus quam antea significet, excludendum est.

226 Nomina generica in *oides* desinentia, e foro Botanico releganda sunt.

227 Nomina generica, ex aliis nominibus genericis, cum *syllaba* quadam in *fine* addita, conflata, non placent.

228 Nomina generica *simili sono* exeuntia, ansam præbent confusionis.

229 Nomina generica, quæ ex *græca vel latina* lingua radicem non habent, rejicienda sunt.

230 Nomina generica plantarum cum *Zoologorum* & *Lithologorum* nomenclaturis communia, si a Botanicis postea assumta, ad ipsos remittenda sunt.

231 Nomina generica cum *Anatomicorum*, *Pathologorum*, *Therapeuticorum* vel *Artificum* nomenclaturis communia, omittenda erunt.

232 Nomina generica *contraria* speciei alicui sui generis, mala sunt.

233 Nomina generica, cum *Classium* naturalium nomenclaturis communia, omittenda sunt.

234 Nomina generica e rebus domesticis similibusque *diminutiva*, minus placent.

235 Nomina generica *Adjectiva* ſubſtantivis pejora ſunt.

236 Nominibus genericis non abuti decet ad *ſanctorum*, hominumve in alia arte *illuſtrium* memoriam conſervandam vel favorem captandum.

237 Nomina generica *Poëtica*, *Deorum* ficta, *Regum* conſecrata, *quique botanices* ſtudium *promoverunt*, retineo.

238 Nomina generica ad *Botanici*, bene meriti, memoriam conſervandam conſtructa, ſancte ſervo.

239 Nomina generica quæ *citra noxam* Botanices impoſita ſunt, cæteris (213 236) paribus, tolerari debent.

240 Nomina generica quæ *characterem eſſentialem* (187), vel *faciem* (163) plantæ exhibent, optima ſunt.

241 Nomina generica *Patrum* (9) Botanices, græca (229) vel latina, ſi bona (213-236) ſint retineri debent, ut etiam *uſitatiſſima* & *officinalia*.

242 Nomen genericum *antiquum* (241) antiquo generi convenit.

243 Nomen genericum dignum (213 242) alio, licet aptiori, *permutare* non licet.

244 Nomina generica, quamdiu *ſynonyma* (318) digna (213-242) in promptu ſunt, nova non effingenda.

245 Nomen genericum unius generis, ni ſupervacaneum (215-217), in aliud *transferri* non debet, licet eidem aptius competeret.

246 Si genus receptum, ſecundum jus naturæ (162) & artis (164), in plura dirimi debet, tum nomen antea *commune* manebit *vulgatiſſimæ* & *officinali* plantæ.

247 Nomina generica græca (229) *latinis literis* pingenda ſunt.

248 *Terminatio* & *ſonus* nominum genericorum, quantum poſſibile, facilitanda ſunt.

249 Nomina generica *ſesquipedalia*, enunciatu *difficilia* vel *nauſeabunda* fugienda ſunt.

250 *Terminis artis* (199) loco nominum genericorum abuti inconſultum eſt.

251 Nominum claſſium (204) & ordinum cum *genericis* par eſt ratio.

252 Nomina Claſſium & ordinum *e viribus*, *modo naſcendi*, *foliis* ſimilibusque petita, mala ſunt.

253 Nomina Claſſium & ordinum notam *eſſentialem* (187) & *characteriſticam* (189) ſuam includant.

254 Nomina Claſſium & ordinum a *plantæ* cujusdam nomine deſumta, ſub quo totam cohortem intellexere veteres, in genere excluſa, claſſibus naturalibus tantum inſerenda ſunt.

255 Nomina Claſſium & ordinum *unico* (215) vocabulo conſtabunt.

VIII.

DIFFERENTIÆ.

256 Perfecte nominata eſt planta nomine *generico* & *ſpecifico* (212) inſtructa.

257 Nomen ſpecificum plantam ab *omnibus* congeneribus (159) diſtinguit.

258 Nomen ſpecificum primo intuitu plantam ſuam manifeſtabit, cum differentiam (257), *ipſi plantæ inſcriptam*, contineat.

259

259 Nomen ſpecificum a partibus plantarum *non variabilibus*, deſumi debet.
260 *Magnitudo* ſpecies non diſtinguit.
261 Notæ *collatitiæ* cum aliis ſpeciebus *diverſi generis*, falſæ ſunt.
262 Notæ *collatitiæ* cum aliis ſpeciebus *ejusdem generis*, malæ ſunt.
263 *Inventoris*, vel alius cujuscunque *nomen*, in differentia non adhibeatur.
264 *Locus* natalis ſpecies diſtinctas non tradit.
265 *Tempus* florendi vegetandique maxime fallax eſt differentia.
266 *Color* in eadem ſpecie mire ludit, hinc in differentia nihil valet.
267 *Odor* ſpeciem numquam clare diſtinguit.
268 *Sapor* pro ratione manducantis ſæpe variabilis eſt, hinc in Differentia excludatur.
269 *Uſus* differentiam Botanico vanam ſubminiſtrat.
270 *Sexus* nullibi ſpecies diverſas conſtituit umquam.
271 *Monſtroſi* (150) flores omnes a naturalibus originem trahunt.
272 *Hirjuties* fallax eſt differentia, cum ſæpe cultura deponatur
273 *Duratio* ſæpe magis ad locum quam ad plantam pertinet; in differentia eam adhibere non arridet.
274 *Multitudo* plantæ loco ſæpe mutatur.
275 *Radix* (81) differentiam realem ſæpe ſubminiſtrat. ad eam tamen, niſi omnes aliæ interclusæ ſint viæ, non confugiendum eſt.
276 *Trunci* (88) notæ differentias ſæpe optimas edunt.

277

277 *Folia* (83) elegantiſſimas naturaliſſimasque differentias exhibent.

278 *Fulcra* (84) communiter optimas differentias relinquunt.

279 *Fructificationis locus* (85) maxime realis eſt differentia.

280 A *partibus* (86) *fructificationis*, ni ſumma cogat neceſſitas, nulla expoſcenda eſt differentia.

281 *Notæ genericæ* (192), in differentia uſurpatæ, abſurdæ ſunt.

282 Differentia omnis e *numero*, *figura proportione* & *ſitu* variarum plantarum partium (81-85) neceſſario deſumitur.

283 Ne *variatio* (158) *loco ſpeciei* (157) ſumatur, ubique cavendum eſt.

284 Nomen *genericum* ſingulis *Speciebus* applicari debet.

285 Nomen ſpecificum ſemper *genericum ſequi* oportet.

286 Nomen ſpecificum *ſine generico*, eſt quaſi campana ſine piſtillo.

287 Nomen ſpecificum ipſi nomini generico *adglutinatum* non erit.

288 Nomen ſpecificum genuinum eſt vel ſynopticum vel eſſentiale.

289 Nomen ſpecificum *Synopticum* (288) plantis congeneribus (159) notas ſemidichotomas imponit.

290 Nomen ſpecificum *eſſentiale* (288) notam differentem ſingularem, ſuæque ſpeciei tantummodo propriam, exhibet.

291 Nomen ſpecificum quo *brevius* eſt, eo etiam melius, ſi modo tale.

292 Nomen ſpecificum *nulla* admittat *vocabula*, niſi

nisi quibus a congeneribus necessario distinguitur.

293 Nomen specificum *nullum*, speciei in suo genere solitariæ (203), imponi potest.

294 Nomen specificum imponat, *qui* novam *adinvenerit* speciem, si modo necesse sit (293) tale.

295 Nominis specifici vocabula non erint *composita*, nominibus genericis similia, nec *græca*, sed tantum latina, nam quo simpliciora, eo etiam meliora.

296 Nomen specificum non erit *tropis* Rhetoricis figuratum, multo minus *erroneum*, sed fideliter, quæ natura dictitat, exponat.

297 Nomen specificum nec *comparativum*, nec *superlativum* sit.

298 Nomen specificum *terminis* positivis, non vero negantibus, utatur.

299 *Similitudo* omnis, in nomine specifico usurputa, dextra manu notior erit, licet & hæc minus placet.

300 Nomen specificum, nullum *adjectivum sine* opposito *substantivo*, adhibeat.

301 Omne *adjectivum* (300), in nomine specifico *sequi debet* substantivum suum.

302 *Adjectiva* (300) in nomine specifico usurpata, *e terminis* artis selectis (81-85), si modo sufficientibus, petenda sunt.

303 *Particulas*, adjectiva substantivave conjungentes, nomen specificum excludat.

304 Notæ distinctivæ partes plantarum (80), non vero adjectiva, in nomine specifico distinguant.

305 *Parenthesin* Nomen specificum numquam admittat.

IX.

IX.

VARIATIONES.

306 Nomini generico (VII) & ſpecifico (VIII) etiam varians, ſi quod tale, addi poteſt.

307 Nomina generica, ſpecifica & variantia *literis diverſæ magnitudinis* ſcribenda ſunt.

308 *Sexus* (149) variationes *naturales* conſtituit, reliquæ omnes *monſtroſæ* ſunt.

309 Variationes monſtroſas (308) conſtituunt flores *multiplicati* (120), *pleni* (121), *proliferi* (122), plantæ *luxuriantes*, *faſciatæ*, *mutilatæ*: in numero, figura, proportione & ſitu partium omnium (80), nec non ſæpe *Calor*, *Odor*, *Sapor*, & *tempus*.

310 Caſuales monſtroſitates (309) & variationes, ſi leviſſimæ vixque notabiles ſunt, eas non curat Botanicus (7).

311 Luxuriationes (309) foliorum in *foliis oppoſitis* & *digitatis* facillime adſunt.

312 *Morboſas* plantas, vel etiam *ætates* in Nominibus variationum aſſumere, ſæpius ſuperfluum eſt.

313 *Color* corollæ, in cœruleis purpureisque petalis, facillime variat.

314 *Locus aquoſus* folia inferiora, *montoſus* autem ſuperiora ſæpius findit.

315 Planta naturalis (157), nomine variationibus (158) oppoſito, notari non debet.

316 *Cultura* tot variationum mater, optima quoque variationum examinatrix eſt.

317 *Variationes* diverſas *ſub* earum ſpecie colligere, non minoris eſt æſtimationis, quam

qui

qui ſpecies ſub ſuo genere, collocare (284) queat.

X.

SYNONYMA.

318 Synonyma *ſunt* diverſa Phytologorum (6) nomina, eidem plantæ impoſita, eaque generica (VII), ſpecifica (VIII) & variantia (IX) ſunt.

319 In Synonymis nomen optimum *agmen ducat*, quale ſit ſelectum aliquod, vel ipſius Auctoris nomen.

320 Synonyma *eadem* conjungantur.

321 Synonyma ſingula *novam* ordiantur *lineam*.

322 In Synonymis *Auctor* & *Pagina*, ubique ad finem indicanda ſunt.

323 In completo ſynonymorum cohorte, *inventorem* notula ſ. Aſteriſco notare placet.

324 Nomina cujuſcunque Regionis vel loci *vernacula*, in ſynonymorum cohorte, ſuperflua ſunt.

XI.

ADUMBRATIONES.

325 Adumbrationes quæcunque de plantis, alicujus momenti, tradita ſunt contineant; ut. *Nomina* (VII), *Ethymologias*, *Claſſes* cum *ordinibus* omnium ſyſtematum realium (26), *Characteres* (VI), *Differentias* (VIII), *Variationes* (IX), *Synonyma* (X), *Deſcriptiones* (326), *Icones* (332), *Loca* (334), *Tempora* (335).

326 Descriptio (325) per *omnium partium* externarum plantæ veram explicationem (81-85), Fructificatione (86) minime neglecta (92-131), instituitur.

327 Descriptio compendiosissime, tamen perfecte, terminis tantum artis (V), si sufficientes, partes depingat, secundum *numerum*, *figuram*, *proportionem* & *situm*.

328 Descriptio ordinem nascendi sequatur.

329 Descriptio distinctas partes plantarum (80) in *distinctis paragraphis* tradat.

330 Descriptio necessario longior vel brevior (327), utraque mala est.

331 *Mensura* (327) magnitudinis, a manu desumta in plantis convenientissima est.

332 *Icones* (325) *magnitudine* & *situ* naturali depingi debent.

333 Icones optimæ *omnes* plantæ *partes*, licet minimas etiam Fructificationis, exhibent.

334 *Loca* (325) plantarum natalia late sumta triplicia sunt. *Communia* scilicet, *Alpina* & *Marina*, quorum species variæ.

335 *Tempus* (325) vegetandi, florendi, fructumque ferendi, numquam sine *loco* & gradu *elevationis*, indicandum est.

XII.

VIRES.

336 *Vires* plantarum à *fructificatione* (86) desumat Botanicus (7), qua talis, cum sapore (357-363), odore (358-359), interdum colore (364. 365) & loco (357) limitatas.

337 Quæcunque plantæ *genere* conveniunt (165), *etiam virtute conveniunt*; quæ Ordine (161) naturali (162) continentur, etiam virtute propius accedunt; quæque Classi (160) naturali (77) congruunt, etiam viribus quodammodo congruunt.

338 GRAMINUM folia jumentis læta pascua, semina minora avibus, majora hominibus esculenta sunt.

339 STELLATÆ Rai diureticæ dicuntur.

340 ASPERIFOLIÆ Rai adstringentes & Vulnerariæ sunt.

341 PENTANDRIA *monogyna baccifera monopetala* communiter venenata est.

342 UMBELLATÆ in *siccis* locis aromaticæ, calefacientes, resolventes & Carminativæ, in humidis (357) autem venenatæ sunt, radice & seminibus pollent.

343 HEXANDRIÆ radices secundum saporem (358) & odorem (359) edules vel noxiæ sunt.

344 Plantæ quarum flores *Antheris bicornibus* (108) gaudent, adstringunt; si bacciferæ, acidæ & esculentæ sunt.

345 ICOSANDRIÆ fructus pulposus esculentus est; *Padus* forte excipitur.

346 POLYANDRIA plerumque venenata est.

347 DIDYNAMIA *Gymnosperma* odorata, cæphalica & resolvens est, folia virtute pollent.

348 TETRADYNAMIA antiscorbutica aquosa & acris est, quæ virtus exsiccatione imminuitur.

349 MONADELPHIA *Polyandra* mucilaginosa & emolliens est.

350 DIADELPHIÆ folia jumentis, semina animalibus esculenta & flatulenta ac farinacea sunt.

351 SYNGENESIA varie & specifice medicamentosa putatur, communiter amara est.

352 GYNANDRIA *Diandra* aphrodisiaca dicitur.

353 AMENTACEÆ *acifoliæ* resiniferæ sunt.

354 CRYPTOGAMIA vegetabilia sæpius suspecta continet.

255 Plantæ quarum flores *Nectariis* à petalis separatis (110) gaudent, communiter venenatæ sunt.

356 LACTESCENTES communiter venenatæ sunt, minus tamen *Semiflosculosæ* Tournefortii.

457 Plantæ in *siccis* sapidiores, in *humidiusculis* insipidæ magis, in *aquosis* sæpius corrosivæ sunt.

358 *Sapidæ* & *Odoratæ* insipidas & inodoras viribus superant; demtis enim his, castratur etiam virtus.

359 Sapidæ & *Svaveolentes* bonæ sunt, *graveolentes* autem malæ, *nauseosæ* vero purgantes, vomitoria vel venenata sunt.

360

360 *Dulces* nutriunt, *pingues* emolliunt magis, *ſalſæ* ſtimulant & calefaciunt magis.

361 *Acres* corroſivæ ſunt, ſi vero per exſiccationem ſapore privantur, edules ſæpe evadunt.

362 *Amaræ* alcalinæ ſunt, ſtomachicæ, antivenereæ & ſæpius ſuſpectæ.

363 *Acida* calorem & ſitim reſtinguunt, auſteræ adſtringunt.

364 Flores & fructus *rubri* acidum communiter occultant.

365 *Color* floris *luridus* & *aſpectus* totius plantæ *triſtis*, ſuſpectas reddit plantas.

In ſcientia Naturali principia veritatis obſervationibus confirmari debent.

CONCLUSIONES EX DICTIS.

I. Quod in *Bibliotheca Bot.* maxima pars reſtet.

II. Quod *Syſtemata* plura confici & debent & poſſint.

III. Quod *terminis artis* erroneis & inſufficientibus laboraverit ſæpius Botanica.

IV. Quod *eſſentia* & primaria fundamenta *Botanices* in ſolis petalis & fructu male quæſita ſint.

V. Quod *ſexus* conſideratio Botanico maxime ſit neceſſaria.

VI. Quod nullus *character* hactenus datus rite ſit conſtructus.

VII. Quod vix dimidia pars *nominum genericorum* laudabilis ſit.

VIII. Quod vix ulla *Differentia* ſpecifica recte elaborata ſit.

IX. Quod *vegetabilium numerus* ad dimidio fere minorum redigi debeat.

X. Quod *Synonyma* iſta copioſa recentiorum maxime deſiderarentur conjuncta.

XI. Quod paucæ *adumbrationes* ritæ factæ ſunt.

XII. Quod *vires* plantarum a ſyſtemate naturali optime intelligantur.

FINIS.